Quod magnifica Regum fieri decreuit authoritas, ratum atq; stabile perpetuo debet permanere. Proinde nos Kazimirus Dei gra Rex Poloniæ Necnon Terrarum Cracouiæ Sandomiriæ Syradiæ Lanciciæ, Cuiauiæ Pomeraniæ Russiæq; Dnus et hæres. Ad vniuersorum noticiam tam præsentium quam futurorum deducimus per præsentes, quod ad instantes petitiones Dnabus et Religiosi viri Dni et Pris Jeannis Abbatis Monty Pyncien exnunc villam ipsius Monasterii Opatkowice vulgr nominatam in districtu Cracouien prope Grodzinam situatam, de Jure Polonico in ius Theutonicum noui fori, quod Srzedzkie dicitur in vulgari transferimus de gra nra speciali temporibus perpetuis ibidem duraturis. Remouentes ab eadem villa omnia iura Polonicalia, modos, consuetudines, angarias et perangarias Polonicales vniuersas, quæ ipsum Jus Theutonicum impedire seu perturbare consueuerunt. Absoluimus insuper liberamus et eximimus supradictum Dnum Abbatem nomine villæ suæ prædictæ, eiusq; successores familias et collectim Kmetones, et quoslibet Incolas ipsius villæ Opatkowice, ab omni iurisdictione et potestate omnium Castellanorum Palatinorum Judicum et subiudicum nri Regni ac Ministerialium vniuersorum. Itaq; coram ipsis vel coram aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti sanguinis homicidii, incendii, ac aliis vniuersis nulli penitus respondebunt, nisi tantum Kmetones coram Scultheto suo Jure Theutonico, Scultetus vero et eius posteri coram Dno suo Abbate qui pro tempore fuerit, aut coram nobis vel etiam Judicio nro regali, et ipse Dnus Abbas necessitate occurrente, dum tam per literam nostram Regio sigillo communitam euocati fuerint, tunc quilibet ipsorum iure sibi competenti de se querelantibus teneantur respondere. In causis autem capitalibus et criminalibus quibuscunq; Scultetus memoratæ villæ iudicandi, sententiandi et puniendi secundum quod Jus Polonicum Theutonicum postulat plenam et omnimodam dandi potestatem

Harum

Harum quibus Sigillum nrum est appensum testimonio literarum. Dat' in Miechouia in Octa-
ua Assumptionis Beate Marie Virginis gloriose. Presentibus his testibus Viliczko-
ne Sandomirien, Pelka Zawichosten Castellanis. Raphaele Subiudice Sandomirien, Mat-
thia Doctore Decretorum, Bodzanta Procuratore gnali, et Stanislao Subthesaurario nro
Dat. per manus Dni Joannis Cancellarij nostri Cracouiensis.

## Priuilegium super libertate locandi Gulow et Kassow villas

JJ subsigno ß.

In nomine Dni Quoniam ea quæ aguntur in tempore pereunt simul et labuntur cum
tempore, nisi scripti aut alia quia testimonio fulciantur. Nouerint igitur vniuersi
presentes et futuri, quod nos Lesko Dei gra Dux Cracouiæ Sandomiriæ & Siradien.
ob reuerentiam B. Virginis Marie, et Beatorum Aplorum Petri et Pauli, ac in remissio-
nem nrorum peccaminum. Considerantes etiam continuos et fidelibus seruitijs Dni Co-
sme Abbatis Domus arg Montij Pyncien, hanc nram gram sibi decreuimus facien-
dam, vt habeat plenam et liberam facultatem syluas extirpandi et villas, ac tabernas
iure Theutonico locandi in eiusdem Montij hereditate, quam videlicet hereditatem
exemplariter volumus designare, sunt namq quædam querceta Malcow Dub. popu-
lariter nominata cum sylua Cassowien, et Gulowien vi vno circuitu, quæ scilicet
querceta et sylua, sunt Montij Pinecen a ipsa prima fundatione, et circa fluuium
Rudno vulgr nominatum, quem cum terra in vtraq parte ripæ aprimina hereditarie
Czernieczow iure emptionis acquisiuit. His vero omnibus quos prædictus Abbas
ibi locauit, siue sint Solteti vel simplices coloni aut tabernarij concedimus hanc
libertatem, vt ad nullius iudicium Castellani Palatini, vel qualiscung officiati
debeant, nisi ad examen sui Soltetj vel Abbatis Pyncien, aut ad nos et hoc non
alr nisi per literam nro sigillo sigillatam, et tunc iure Theutonico coram nobis re
spondere tenebuntur. Eximimus etiam eosdem ab omnibus exactionibus, pensionibus
seruitijs solutionibus, et consuetudinibus iuris Polonici, nobis seu Castellanis, aut Pala-
tinis, et aliis officijs qualcung nomine censeantur, declaramus etiam et hoc manifes-
tius, quod supradicta querceta, quæ dicta sunt Malcow Dub. cum prædicta sylua
protenduntur vsq ad sylvam, quam Aprimina vt diximus prædictus Abbas emit et
comparauit, vt autem hæc nra donatio vel concessio, rationabilis et honesta inuiolata

illibata q perpetuo permaneat, presens scriptum prefabito Dño Abbati Cosme tradimus
ñri sigilli munimine communitum. Actum in Cracouia Anno Dñi Millesimo Ducentesimo
Octuagesimo secundo xviii Kalend. Decemb. Luna xv. Presentibus et consentien-
tibus nostris nobilibus videlicet quod nos libertatem supra conscriptam concessimus
sepedicto Abbati et Monrio Tynecen, vt dicta superiora luciduis interpretemur. quorum
nomina sunt hec Comes Martinus Castellanus de Bresk Comes Otto. Adamus Comes
Sydmen Comes Dobeslaus Thesaurarius Cracouien, Comes Nicolaus Sabiud. Cracouien
Dnus Jasco Subcancellarius Siradien per cuius manus idem transiuit instrumentu.

## Privilegium de commutatione terre circa ecclesiam Beati Floriani.

W subsigno W.

In nomine Dñi Amen. Bona fide contractus celebratus inter homines mor-
tales ideo ad perpetuam memoriam redigitur in scriptis, ne ea quæ facta sunt
per concordiam, quasi dato libello repudii per discordiam iterum valeant suscitari
Nos igitur Boleslaus Dei gra Dux Cracouiæ et Sandomiriæ presens instrumen-
tum inspecturis notum facimus. Quod Dño Boleborio Abbati Tynecen et cœno-
bio eiusdem loci pro commutatione terræ quæ circa ecclesiam Beati Floriani
eidem Monasterio pertinebat, quam Ciuitati Cracouien et hospitibus loci predic-
ti contulimus, donauimus partem Boræ contiguam possessionibus clausim
memorati, quam partem per Joannem militem nostrum heredem de Ligno cer-
tis terminis distinximus. Insuper dedimus Terram quandam vacantem in
villa quæ dr Brostek, quæ Castellanatui de Wrynic pertinebat et clausu-
ram super Vistam cum valle quæ Gosturm nuncupatur liberam, et omni con-
tradictore non obstante, et hæc omnia contulimus iure hereditario possidenda
in recompensationem terræ supradictæ, salvo tamen iure molendini et tabernæ
quæ ab antiquo in Cracouia domus iam dicta possedit. Vt igitur in prænussis
nulla dubietas posteris oriatur, ista sigilli nri auctoritate communimus
præsentibus testimonium laturis, quorum ista sunt nomina Dns Pulco
Cancellarius, Sulek quondam Castellanus Nouicen, Dobeslaus Castellanus
de Cracouia, Janussius Camerarius Ducissæ, Nana Pincerna de Sarnow, Sobeslaus
Canonicus Sandomiriensis ecclie Albertus Duc Capellani curiæ. Datum in Zanichost
per manu Tuardoslai Subcancellarii. Anno Dñi M.CC.LXVIII, xvi Kalend Junii

Litera Vladislai Regis super villa Brzyscze exmenda de manibus Dobeslai

Sendomirie Die Dnico ante Katharine Anno 1398. subsigno A.

Wladislaus Dei gra Rex Polonie Lithuanieq Princeps supremus et hæres Russie &c. Significamus vniuersis quibus expedit presentium noticiam habituris quia certis causis animum nostrum ad id mouentibus Viro Mscislao Abbati in Tyniec fideli nro dilecto indulsimus de certa nra sciencia et indulgemus, vt eidem liceat villam nram Brzyscie nuncupatam in terra nra Cracouien de prope Bycz sitam quam nobilis Dobeslaus de Koscyce in Triginta marcis latorum grossorum Pragensium predictorum, et in Triginta quinq marcis pecunie in Regno nro Polonie communiter decurrentis numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, tenuit in eisdem Triginta marcis grossorum latorum Pragensium prædictor et in Triginta quinq marcis pecunie communiter decurrentis prædicte apud memoratum Dobeslaum de Koscyce videlicet Subiudicem nrum Cracouiensem redimere cum omnibus ville nre pertinentiis prouentibus censibus, et appendentiis vniuersis prout ipsam prædictus Dobeslaus tenuit et possedit, habeatq ipse Mscislaus plenam et omnimodam potestatem prædictam villam nostram Brzyscie, cum omnibus eiusdem ville nre censibus, redditibus et pertinentiis vniuersis, in dictis Triginta marcis grossorum, et Triginta quinq marcis pecunie huiusmodi communiter decurrentis prædictorum, tenere possidere et vtifrui, tam diu donec prædicta Triginta marce grossorum, et Triginta quinq marce pecunie prædicte per nos aut nostros successores memorato Mscislao aut eius successoribus posterius futuris fuerint plenarie persolute. Sed ne in tenicione ville huiusmodi aliqua prauitas vsuraria interuenire putetur. Omnes census, redditus, prouentus, vtilitates seu vsufructus, quos idem Mscislaus in tenendo eandem villam nostram, de ipsa tulerit, pro suis fidelibus seruitiis, quæ nobis exhibuit exhibet et exhibebit deduimus et reputamus, nichil in eo prauitatis vsuraria huiusmodi per quempiam censeri volentes harum quibus sigillum nrum appensum est testimonio litterarum. Dat. Sandomirie Die Dnico Ante festum Sancte Katharine Virginis. Anno Dni Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Octauo

Ad relacionem Dni.
Vicecancellarii

Priuilegium siue sententia Vladislai Ducis Cracouiæ, qua ablata sunt Ciuibus Cracouien bona inscripta et Prądnik propter crimen læsæ Matis et appropriata Monrio Byncien. Sub sigillo V.ri D.

In Nomine Dñi Amen. Iustitia est vnicuiq quod suum est tribuens, ingratus ob demerita puniendo bonis vero beneficiis perpetuis multipliciter cumulando. Ideo nos Vladislaus Dei gra Cracouiæ Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Kuiauiæq Dux. Ad noticiam memoriam et testimonium perpetuum omnium præsentium & futurorum volumus deuenire. Quod propter demerita publica, periuria, traditiones proditiones Commissiones criminis illesæ Matis, quas Ciues Ciuitatis nræ Cracouien, nefandissime in nos hæredesq nros, acgentem Polonicam atrociter perpetrauerunt, tradentes ciuitatem dictam Principibus peregrinis, euellendo, et exterminando nos suos veros et legitimos Dnos & hæredes, et maxime Fudrmannus de Passau. Cassow et Smierdzenza Joannes de Radzieszow & Wola, Jacobus & Paczoldus de Kozuow de Prądnik et de Kruia dubrowa Sculteti. Heynca de Kazer, et alii sui ibidem in Prądnik mansos habentes. Henricus Aduocatus Cracouien in Wrlkow, et omnes alii quicung habent bona mobilia et immobilia, a Monrio Byncien eosdem iustitia exigente de maturo consultu nrorum Baronum, et hæredes ipsorum, nomine Dñi inuocato, omnibus possessionibus prædiis uiribus, reditibus Scultetiis. Priuilegiis libertatibus, gratiis confirmationibus donationibus, bonis emptitiis & quocung titulo acquisitis, quomodocung a nobis & nris successoribus, sub quacung forma verborum, et specialr a Monrio Abbatibus & Conuentu Byncien prædicti ordinis Sancti Benedicti diœcesis Cracouiensis eximimus finalr et perpetuo eximimus priuamus nudamus et pronunciamus publice foregruatos, et nullius momenti propter dicta scelera existentes penitus vel vigoris, & reducimus dicta bona plene et integre, ad ius et proprietatem cum omni dominio & iure ad Monrium & Conuentu Byncien, excludimus prædictos Scultetos et hæredes ipsorum, a dictis bonis, et omni actione et accessu pronunciando inhabitabiles periuros et perfidos nunc & semper et facimus Monrium & Conuentum Scultetiarum bonorum & omnium iurium ipsorum veros Dnos et hæredes, quicung autem venerit ad presens nrum Priuilegium, et quotiescung, duas marcas auri nobis pro pœna, tertiam Monrio dicto

soluat, & soluere temeatur, Priuilegio nihilominus semper in suo robore permanente
Actum apud Doblicz in Castris Anno Dñi Millesimo CCCº xci. in die Beati Bo-
mi Apli, Presentibus fidelibus nris Noy ciecho Palatino. Prandota Castellano Smi
lone Judice Sudone Papifero Paulo Besauuano Dobeslao Agazone de Sdomirien.
Joanne de Brzesko Castellano. Floriano Succamerario Cracouien. Durscone dicto
Celma, Joanne de Czechow Castellano, & aliis quam pluribus fide dignis ad hoc
vocatis & specialiter euocatis. In cuius rei testimonium scripto presenti sigillum
nrum fecimus appendi. Datum per manus Edeslai prepositi B. Floriani et
ibi Subcancellarii Cracouiensis

## Priuilegium Boleslai Ducis super Strozam et super omnia bona quæ fuerunt fundata Monrio Pucceli sub sigillo YY.

In Nomine Pris & Filii & Spūs Sancti Amen. Ego Bolislaus Diuina fa-
uente gra Duc. Sudomiriæ cum vire mea Dña Grymislawa, Generosum ar bi-
trabo quotidianos actus meos, ab eo incipere & finire in eo, qui est Principi-
um et Finis, qui est Principium sine principio, et iudicat finis terræ. sentiens
etiam Principalis mei nominis excellentiam hoc debere exigere, quoq Dñi ser-
uitii amatores vt sine gucrela in Dei persistant laude, liberalitatis vra sa-
stentaculo confortare, maxime autem eos, quorum laboris deuotio diuino gra ceteris
inuigilat obsequio. Proinde nouerint omnium Xpi fidelium, quatr nos cum dilecta
Dña mre, diuina remunerationis spe incitati, interuentu etiam Venerandi Spualis
Patris Dñi Gurfridi Abbatis Syncien Monrij ibi multiplicibus precibus inducti
Monrij dicti in honorem Dei & pretiosi eius Apli primi Aplorum Principis con-
structi, ratum constituimus & firmiter obseruari percipimus, vt omnia vira
quæ nunc hactenus nro gra dicto Monrio ab aliis nris eiusdem fundatoribus
veris sunt collata, et per Prem meum Dñum Lesconem Ducem Cracouiæ et Sudomiriæ
firmiter approbata & obseruata, eidem ipsi Monrio illibata perenniter permaneant
Specialiter autem tributum quod nra lingua stroza dr in hominibus tam liberis
quam asscriptitiis villas ipsius Monrii incolentibus per dominium Vislicæ nra potestate
contradicimus, exceptis his qui nostro iuri, vel aliquibus nris Baronibus aliqua perpe-

tua seruitute sunt obnoxii sicut concameravii, qui proinde pro mercede anniuersaria ab ipsarū villarū nicolis prater curias sepius dicti Monru nri conducti deseruiunt— Cuius vero hac postmodum per tē malignitatem et auaritiam indebite receptando infringere iram Dei et Beati Apłorum Principis Petri expenatur hic et in futuro. Vt aut hac nostre confirmationis auctoritas stabilis et incomulsa omni permaneat ano, hoc preceptum idem conscriptum vna cum Dña mea matre corroborauimus, et sigilli nri impressione iussimus insigniri. Acta autem sunt hac anno Dnice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Vigesimo quarto in Colloquio secus Vartam fluuiū in villa Archidiacali Lubsanc, sabato, cum Ducibus Conrado, et filio eius, fre nro Boleslao et Henrico filiog eius, hinc coram nobis et nris Baronibus interq̄s precipue Comes Magnus Paroslaus filius Lassotē Castellanus Cracouiensis in salutem anime sue testimonium super hoc perhibuit, attestante super hoc idem Comite Alberto filio Stepotē Castellano Wisliciēn, quod predicti Monru omnes villa, tam in libris quam in assignatis sicubi am nominatum et superius prenotatum est, a predicta solutione Strozē semper fuerint et immunes et liberi. Theodorus Palatinus Cracouiē, Martinus Castellanus de Osuiecim, Comites Predslaus Zaia Tegotē cum fribus Andrea germano et Andrea filio Iulionis, et cum duobus filiis Stralo et Martino, Wlodimirus filius Sueuoslai, Clemens maior, atq Minor Vecko cum fre. Adalbertus Archidiaconus & Cancellarius cum fribus Magdo Beguslao et Comite Andrea Matthens et Jacobus Capellani quam plures.

## Priuilegium Lesconis Ducis super omnia et libertatibus sub lra I.

In nomine Dñi Amen. Quoniam secundum Dei liberalitatem bono operi due merces debentur, vna eternalis alia temporalis, hinc est quod nos Lesco Dei gra Dux Cracouiē Sudomiriē et Siradiē. Notum facimus tam presentibus quam futuris Priuilegia antecessorum nrorum vidisse, quod Abbas Domus Dunecen habet inditare in hominibus suis ascriptitiis vel liberis, causas subsequentes Mech, kyss, Sedmnaste, Petnaste, Glowa Zaglowa, Setgwen, instare et Prepsta, et si per ipsos Antecessores nros, alicui sit constitutus vel etiam causa aliqua ducta sit ad ipsorum Curiā cognitionem iudicii et examen, nullus alius quam

gram dicti Cœnobii Abbas solutionem percipiat prose, et nullus Baro vel Officialis cuius-
cung sit dignitatis. Insuper in eisdem Privilegiis videmus dictum Abbatem ius habere veman-
di omnes feras in hereditatibus suis. Nos vero ut ipsorum vestigia veluti devotus filius
Ecclie imitantis ob salutem animæ nræ, et etiam parentum nrorum hanc nram gratiam
duximus faciendam perpetuo videlicet, quod in omnibus villis ipsius Abbatis indul-
gemus vectam ouem, Stan, Strozam quæ pro nobis recipi consuevebantur, et de speciali
nra gra quæcung Powłowe, vel quahscung exactio per nos, vel posteros nros impone-
tur dictus Abbas in villis suis recipiet prose. Etiam de speciali nra gra damus
eidem Abbati, utcung colluent in bonis suis Ciuitatis vel villas iure Theutonico lo-
care damus simul & successoribus suis plenam et liberam facultatem, exemptos ipsos
homines qui locati fuerint, ab omnibus pensionibus exactionibus, et etiam ab omni-
bus iuris Polonici consuetudinibus, nobis seu Baronibus nostris cuiuscung dignitatis
ita tam in hac earundem ciuitatum vel villarum, Macella Tabernas Cameras, vel quæ-
cung alia ubi panis venditur, et Calcigarias libenter ostendimus concedimus. Causas quog
potestatis sui iudicii cuius nomen villam loci eiusdem iudicabunt, nos eximimus
et malefactos qui reperti fuerint pro qualitate criminis debite pu-
niendo. Addimus etiam quod In nulla ipsarum locationum, ad nullu Judicem vel
quemcung officialem nre terre citari debent, nec coram ipsis respondere, nisi
ad suum Scultetum. Similiter in villis Polonicalibus homines ascripti vel
liberi ad nullius præsentiam debent citari, nisi Abbatis exceptis hæreditaria
quæstione pro qua non aliter citabuntur nisi per hanc nro sigillo sigillatam
Etiam absolvimus dictos Curtbones a fabricatione omnium castrorum et mu-
rorum exceptis Castro Cracouiensi, et a reparatione Portuum etiam per Visliczam
In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam, ne malorum hominum suggestione
nostra donatio posthodum a successoribus nris valeat violari præsentem pagi-
nam sigilli nri muniminе fecimus roborari. Datum Anno Dni Millesimo
Ducentesimo Octuagesimo sexto. Præsentibus his Comite Sulkone Castellano
Cracouien, Comite Wenceslao Castellano Visliciensi, Comite Laurentio Judice Cracouien
Comite Nicolao Subcamerario Comite Nicolao Subiudice, et Dno Procopio Can
cellario nro per cuius manum transiuit

Est et aliud exemplar eiusdem Privilegii sub eodem anno ut-
dem Leszconis Ducis sub signo De qua
ni alby simile. et infra describetur.

Compromissum inter Conuentum Gnicen, et Plebanum Czernie-
chowien occasione lacus, continet adiudicationem lacus Monirio
Gnicen, et pœnam contra violantem eiusmodi compromissum de
Actu in Curia Monrij Gnicen Crac. die 2 Mensis Martij Anno 1433.

N. I. B. B. sig.

In Nomine Dñi Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Andreas Miszka de Bo-
lesticze Gnesnen et Canonicus Cracovien Ecclesiarum necnon Vicarius Generalis in Ctis
Pris et Dñis Dñis Zbigneo Dei gra Epo Cracovien in Spualib. et Joannis de Pigotek De-
cretorum Doctor Canonici et Officialis Cracovien gñales arbitri, arbitratores, amica-
biles q compositores, ac amici communes partium infrascriptarum, et per easdem
partes concorditer deputati nominati et electi; Significamus tenore præsentium
quibus expedit universis præsentibus et futuris præsentium notitiam habituris
quod cum inter Venerabilem et Honorabiles ac Religiosos viros Dñum Stanislaum
Divina patientia Abbatem et Ricbarchum Priorem et Custodem, Andream Cayigenum
ac Bogdalum Procuratorem, cæterosq fres Conuentus Gnicen Ordinis S. Benedicti
Cracovien diocesis ex una. et discretū Paulum Rectorem Ecclie Parochialis de
Czerniechowo ab altera partibus Coram Venera viro Dño Roma de Orzbecz
Doctore Canco et Offiali Cracovien prima Instantia Auctoritate et successiue coram
Nobili viro Dñō Benedicto de Modla Canco et Officiali Gnesnen Judice approbato
præsentis causæ Instan de et super quodam casu prendendi et capiendi pisces in
quodam lacu Czerniechowskie Jezioro vulgr municipali. de prope villam Czerniechow
consistente, et eius occasione prædicta Cracovien diocesis summa quæstionis fore
mota nonnullisq sententiis tam interlocutoriis quam etiam definitiuis ipsius Dñi Bo-
mæ Canī et Officialis Cracovien memorati, vigoreq huius appellationis fuisset ligatum et
processum. Ex quibus litibus et controversiis expensæ graues onera labores et fatigæ
ipsis hominum magis ac magis segui videbantur, propter quæ ipsæ partes se non me
diocriter gravatas sentientes ac in futurum nisi ab infrascriptis huiusmodi litium
desistérent timen posse plus gravari, volenq strepitus et vinolationem huiusmodi
quæstionum per viam amicabilis concordiæ consopire matura ipsorum super inde

deliberone

Lr liberone prababita, aliquorum dierum communicatis de super suorum amicorum ac
Jurisperitorum consiliis, in nos tanquam in arbitros arbitratores, et amicabiles Compositores
pro et super omnibus et singulis jam dictis quæstionibus. dictorum vinefructus prendendi
et capiendi pisces in dicto lacu Czerniechowskie Jezioro, tam retentionem etiam ce-
bendi, et earum occasione expensarum in lite coram eisdem Dnis Judicibus hinc inde factis de
alto et basso coram Notario publico et testibus infrascriptis concorditer et solemniter. Coram nobis
ipsis in de licet hominus ac religiosi viri fres Burchardus Prior et Custos Andreas Clami-
ger et Bogdalus Procurator Monum et Conventus. ac aliunde specialis vir Mgr Petrus de
Pessonice prefatus Venabilis vir Dni Stanislai Abbatis et dicti Conventus Syndicus
et Procurator generalis et specialis, de amplis Syndicatus et procurationis mandato nobis le-
gitimis ad plenum constitit documentis et nomine eorum hominum. ac ipsi Dni fres perse
invicem et ceterorum fratrum suorum nominibus, Cautum de ratihabitione pro eodem Dno Ab-
bate Gnesnensi tunc absente. Necnon ipse Dns Paulus Plebanus per se personaliter constitutus
ex ipsorum certa scientia sponte et libere non coactus compulsus non seductus nec aliquo
dolo aut fraude circumventi omnibus melioribus modo via iure forma causa et stylo
quibus melius et efficacius potuerunt et debuerunt, Compromiserunt et compromittunt
ac quilibet eorum tenore presentium compromittit, dantes tradentes, et per expressum
concedentes nobis Arbitris Arbitratoribus et ipsorum amicabilibus compositionibus
ac amicis communibus Notario publico prænotato pro eis inte et legitime stipulanti et
recipienti mandatum speciale liberam potestatem et plenam licentiam de et super omnibus
predictis ac alias desuper, quatenus possimus valeamus simpliciter et de plano, ac sine stre-
pitu et figura Judicii procedere arbitrari laudare definire, et ipsas partes amicabiliter
componere eisdem presentibus ad nos vocatis probis receptis vel non receptis die
feriata vel non feriata stando vel sedendo in scriptis vel sine scriptis. Alte vel basse
semel vel pluries ut nobis placuerit et visum fuerit expedire. Et quam sententiam
vel sententias laudum, arbitrium definitionem seu pronunciationem possimus interpretari
corrigere declarare et reformare si et in quantum videbitur nobis expedire. Pro-
terea. prefati Dni Compromittentes convenerunt ad invicem et in eisdem Notarii publici
manibus solemniter et permutatur stipulantis, promiserunt, et efficaciter se obligarunt
omnia et singula in presenti publico Compromissi Instrumento conscripta firmiter
legaliter et inviolabiliter ac integre observare tenere, et adimplere, et in ullo contrave-
nire quovis quæsito colore, de cetero non movere aliquam litis controversiam dissen-

sionem seu quæstionem de pro & super omnibus supra descriptis eorum iniuriis iuris lite et causa, siquidem vltenius & peramplius renunciantes ipsis et inter se coram quouis vel quibuscunq Judice siue Judicibus hic in partibus vel extra monere debere quomis modo. Sed nitu stare et parere laudo. arbitrio definitioni pronunciationi et decreto, ac nostra prolata pronunciata definita approbata et laudata inuio labi affirmare et tenere, et in nullo contrauenire verbo facto, seu quauis ratione vel causa, seu interpositas quasuis personas, qua' inter ipsas partes seu præmissis aut aliquo præmissorum laudauerimus decreuerimus fecerimus pronunciauerimus diffinierimus seu arbitrati fuerimus quod contra huius modi arbitrium laudum præceptum pronunciationem et diffinitionem ullatenus appellabunt, nec etiam quasuis appellationes prosequentur aliis rescriptum vel Priuilegium forse seu aliunde vel a quo hic ad partes et alias impetrabunt, promiserunt itidem sponte partes omnia rata grata atq firma in præsenti negotio & causa firmiter obseruare et perpetuo tenere quelibet per nos ipsorum amicos communes acta facta ordinata arbitrata laudata vel pronunciata fuerit et fecerit in præmissis & quolibet premissorum. Renunciantes etiam ipsi Dni compromittentes libere et porexpressum ac decerta eorum scientia in omnibus et singulis præmissis exceptionibus dolimali vis vetus fraudis, deceptionis in factum actionis, non sic celebrati contractus aliter fuisse dictum seu narratum quam scriptum & e conuerso, Appellationis & reclamationis remedio, reductione ad arbitrium viri boni, restitutione in integrum. iuribus priuilegiis litis et indultis tam spiritualibus quam Imperialibus concessis seu concedendis, impetratis seu impetrandis a iure vel ab homine omnq auxilio, tam iuris canonici quam ciuilis, et alijs quibuscunq exceptionibus defensionis, seu consuetudinibus, & cauillationibus quibus mediantibus contra præmissa vel aliquod præmissorum facere dicere vel venire aut se in aliquo possent, seu aliquis eorum posset de iure vel facto defendere quouis modo vel tueri sub pena ducentorum florenorum Hungaricalis auri puri et iusti ponderis pro vna nobis arbitris ipsorum & alia mediantibus partibus supra et infrascripta obseruanti et tenenti per partem contrauenientem soluendorum realiter cum effectu adquam sese sponte hinc inde submiserunt. Tandem nos Andreas Myska Sebastianus Gnesnen. Canonicus et Officialis præscriptus omnia et singula ut præfertur, coram nobis tanquam coram quouis alio in spiritualibus memorato facta gesta et habita rata et grata in omnibus punctis et clausulis suis habentes eaq admittentes approbantes ratificantes et gratificantes, ac auctoritate qua fungimur confirmantes Nos quoq Joannes de Ilgot decretorum Doctor Canonicus et Officialis Cracouien. Arbitri Arbitratores amicabilesq compositores et amici communes supradicti vigore huiusmodi

compromissi

compromissi, via vt premittitur prædictas partes in nos facti et per nos suscepti, et assumpti
visis ipsarum partium et earundem hinc inde propositis et responsis, omnibusq aliis inter easdem
partes factis et habitis videndis inte recensitis eisdem pertinentibus presenti causæ et liti
et controversiis quibuslibet finem debitum et amicabilem per nostram arbitralem sententiam
siue laudum imponentes huiusmodi litem et vancores finditus cupientes extinguere matura
animi inter nos deliberone prehabita illum solum præ oculis habentes, de cuius vultu in-
stra procedunt iudicia ipsiusq nomine invocato de voluntate ac scientia et consensu nro
ad nostram arbitralem sententiam seu laudum processimus ipsamq coram partibus præ-
dictis et ipsis presentibus tribunali et pronunciamus huiusmodi sub tenore hr nomi-
ne invocato et ipsum solum præ oculis habentes pro Tribunali sedem visis attentis cogni-
tis et diligenter correspectis presentis facti siue causæ negotiis per hanc nostram sententiam
arbitralem quam ferimus in his scriptis dicimus pronunciamus diffinimus decernimus
arbitramur laudamus et declaramus Ad prefatos Dnos Abbatem Priorem Claugerum Custo-
dem et Procuratores, cæterosq fres Monij et Conuentus huius Fynicen pro tempore exi-
stentes Ac ipsos vna cum Dnum Stanislaum Abbatem Conuentu et Religiosos fres
Buchardum Priorem et Custodem Andream Claugerium et Bogdalum Procuratorem modernos
cæterosq fres Morum et Conuentus Dynicen prædictos prædictum Lacum dictum Czor-
niechowskie Jezioro cum omni iure et toto dominio prendendi delicet et capiendi pisces
dictum lacum et eius fructum eius conuenendi et vendendi tanquam ad veros vnicos et le-
gitimos eiusdem lacus Dnos et hæredes ex causa donationis et dotationis ipsis et Conuen-
tui ac Monio prædictis ab antiquo et aliis a tempore legitimæ præscripto pertinuisse
et spectasse pertinere et spectare debere ipsosq Dnos Abbates Priores Claugeros et Cu-
stodes ac Procuratores et Custodem cæterosq fres pro tempore existentes Ac ipsos Dnos
Stanislaum Abbatem Buchardum Priorem Andream Claugenium et Custodem Bogdalu
Procuratorem aliosq omnes et singulos fres modernos in dicti lacus possessione et vsu
fructu plenario et totali a dictis temporibus pacifice vel quasi et quiete exercuisse
et fruisse, dictum lacum et eius fructum eius totalem eisdem Dnis Stanislao Abbati Bu-
chardo Priori et Custodi Andreæ Claugero et Bogdalo Procuratori cæterisq fribus
modernis adiudicamus fore et adiudicari debere, ac adiudicamus eosdem Dnos et fres.
ut et ad dicti lacus eius fructum totalem et plenum restituendos et reintegrandos fore
et restitui ac reintegrari debere ac restituimus. Necnon sententiam definitiuam per ve-
nerab. Virum Dnum Romam de Corbere decretorum Doctorem canonicum et quondam offi-
cialem Cracouien. in huiusmodi causa pro parte prædicti Pauli Plebani de Czerniechow

certa scientia voluntate et consensu. et eius Ecclie, de et super dicto vinprendendi seu capiendi pisces parvo vetbi Nebrida, alias Placbta, diebus duntaxat ieiuniis et promensa sua et contra prefatos Dnum Stanislaum Abbatem Burchardum Priorem et eius hodiem Andream Kangemm Bogdalum Procuratorem et alios omnes fratres et totum Conuentu Montis Tyncen alias latum et promulgatam retractamus, et de ipsius Pauli Plebani in Cernie-chow certa scientia et voluntate et consensu annullamus et cassamus ipsam sententiam nullum robur obtinere a modo et debere. opponibus contra[illegible]nibus veracionibus perturbationibus et impedimentis eiusdem Pauli Plebani non obstantibus de et super quibus sibi et Ecclie eius ac Rectoribus seu plebanis suis successoribus perpetuum silentium imponendi fore ingeniimus, volumus tamen quod licitam ideo Plebanum sit habere et vti suis precariis in dicto lacu vinprendendi et capiendi pisces seu alias Placbta pro mensa sua diebus ieiuniis ad tempora duntaxat ea-tenus. et quod post mortem et obitum eiusdem Plebani sui modi eius ad ipsum Plebanum sive ad eosdem Dnos deuoluatur. volumus insuper hanc nram sententiam arbitralem seu laudum a partibus emologari et firmari sub pena ducentorum florenorum in Compromisso in nos supra facto babita et expressa. et quia in moderatione eiusdem sententie nre ipsam possumus corrigere vel eidem addere aut minuere iuxta quod equitas et iustitia suaserit ratioris lecta lata et promulgata fuit, et est hec nra sententia arbitralis siue laudum per me Joannem decretorum Doctorem Canum et officialem ac arbetrum et arbitratorem supra dictum de mandato et consensu Dnabus partibus Dni Andree Myska Vicarii in Spiritualibus et coarbitri nri memorati. Post cuius quidem nre sententie arbetralis lectionem et pronunciationem eiusdem a dictis partibus emologationem fuimus pro parte prefatorum Dnorum Abbatis Prioris Cantigen. Custodis et Procuratoris ac totius Conuentus fratrum Montis Tyncen instantibus postulatoribus requisiti quatenus eandem nram sententiam arbetralem seu laudum in publicam formam redigere decretum et auctoritatem nram quibus fungimur adid interponere dignaremur. Nos igitur attendentes requisitioni huiusmodi, ut pote iustam et consonam rationi, quodq; iusta petentibus assensus non est denegandus ipsam exemplificari et per notarium publicum nostrum ac facti huiusmodi coram nobis scribam subscriptum scribi subscribi, et nostrorum sigillorum appensione iussimus communiri, volentes et decernentes illa robur obtinere perpetue firmitatis

Actum et datum Cracouie in domo sue Cure prefatorum Dnorum Abbatis et

Conuentus

Cruerius Monru Pincen in platea Legatorum in Ciuitate Cracouiensi sita Sub Anno Natiuitatis Dni Millesimo Quadringentesimo Decimo Tertio Indictione Vndecima Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris et Dni nri Dni Eugenii Diuina prouidentia Papa Quarti Anno secundo, Die vero Lune secunda Mensis Martii hora vesperorum predictibus ibidem Rndis in Xpo Pre et Dno Dno Jaroslao Dei et Aplice Sedis gra Epo Landicen et Circumspectis discretis ac viris Dnis Stanislao de Brabowa Procuratore Consistorii Cracouien. Nicolao Joannis de Rechzne publicis Imperiali auctoritate Notariis ac Joanne Stanislai de Bronowice Clericis Buscoven. et Cracouien dioceesum, Aliisq; quamplurimis fide dignis testibus ad premissa.

Et ego Joannes Stanislai de Dembice Clericus Cracouien dioceesis Publicus Imperiali auctoritate [illegible] Plurium Dnorum virorum Andree Myskowsky Sebastiani Cracouien et Canonicorum Spalibus, et Joannis de Elgoth decretorum Doctoris Canci et Officialis Cracouien. arbitrorum sigillatorum Notarius facti huiusmodi coram eis sonba. Quia dictis partium compromisso Arbitrorum nominum electionem ratificationem renunciationem compromissi susceptionem pene vallationem et eius submissionem Sententia huiusmodi arbitralis pronunciationem, et predictas partes ipsius emologationem aliisq; omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur agentur et fient una cum prenominatis testibus presens interfui eaq; sic fieri vidi et audiui. Ideo me aliis occupato arduis pro aliis fideliter scribi procurabo et in hanc publicam formam redigens manu propria me subscripsi signo et nomine meis solitis et consuetis consignando una cum prefatorum Dnorum arbitrorum appensione Sigillorum et de ipsorum mandato speciali requisitus et rogatus in fidem et testimonium omnium premissorum

Super Syluam in Pogwizdow granicz

sub signo AN

Nos Hartasius de Scbam Judex, et Petrus de Czaranice Subiudex Terre Cracouien gnales. notum facimus quibus expedit presentibus et futuris pre-

sentium notitiam habituris. Quod cum in Colloquio gnali celebrato coram nobis et Magnis Dnis subscriptis nobiscum in iudicio presidentibus inter Bogdalum Inter Vna Nobilem Dnum Abbatem de Tyniec Omnia prouidentia et Conuentum eius actores ex vna et nobilem Joannem Corsedz de Lanczyca partibus ex altera, pro de et super viginti pinibus et totidem Damni deperditionis vnius quercus et tilie que faciebant signa et granities inter Sylvas Pgiwzdow hereditatem ipsorum prout dicebatur, quod dictus Joannes Corsedz predictam quercum et tiliam deperdidisset et deperdens ipsam quercum et tiliam conciasset cum sylvas ipsorum Dnor Bogdali Abbatis et Conuentus sui, et excidit quadraginta quercus fruct ferens in valore viginti marcarum et totidem damni, materia questionis iudicialit vertebatur. Tandem cum prefatus Dnus Bogdalus Abbas et Conuentus eius viginti marcas et totidem damni, vone dicte deperditionis vnius quercus et tilie, et alias viginti marcas occasione predicte excisionis quadraginta quercum fruct ferarum et totidem damni super prefato Joanne Corsedz de Lanczyca quam etiam iudicialit acquisiuit, hec vero acquisite facta est ex eo quia dictus Dnus Corsedz submittendo se Priuilegium hereditarium coram Judicio regnere sub amissione cause sue contra ipsum Dnum Bogdalum Abbatem et Conuentum eius, quod non reposuit sed reposuit literam missilem Regalem in papyro patentem et existentem ipse Joannes Corsedz causam amisit pro premissis et suprascriptis. In cuius rei testimonium presentibus sigilla nra sunt appensa. Actum et Data Cracouie in Colloquio gnali celebrato feria sexta proxima post festum Purificationis B. Marie Virginis Anno Dni Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo primo Presentibus bis magnificis Dnis Joanne de Tenczyn Castellano et Capitaneo Joanne de Tanczyn Palatino Cracouiensi. Nicolao de Ostrorog Posnaniensi, Stanislao de Cotzyce Malastiensi castellanis dalis quam plurimis fide dignis

Super gades Lanczany et Sybna

sub signo G

In Nomine Dni Amen. Omnium calumnia oria precluditur id quod

scripti

scripti testimonio roboratur. Igitur Nouerint presentes et futuri presens scriptum inspecturi. Quod nos Andreas olim Gregorii Sarensis de Morawcia vtrantes discordias sedare et affectantes, et etiam vone confraternitatis quam habemus ona cum charissima coniuge nra Agnete apud Dnm et fres Monrij Tyncen limitationes Gadium feci-mus inter hereditatem nram dictam Cosnakam et ipsorum hereditatem Baczyczyn cum Pnabli in Chr̃o Pre ac Dño Joanne Abbate Monrij Tyncen predicti Ordinis Sancti Benedicti et eius conuentu de bona voluntate et deliberone nra quod dicte Gades que pronunc inter Cossubam et Baczyczyn limitate sunt, et etiam Gadus inter Rybnam et Kossubam, que iam longo tempore sunt limitate et pacifice ex vtrag parte possesse, debent in eadem limitatione perpetuis temporibus permanere. Itatamen etiam quod habeat si que pars, tam nos seu nostri successores legitimi, quam etiam predicti Dnus Abbas Tyncen cum suo Conuentu vel possessores legitimi eiusdem Monasterii predictas Gades in supradictis hereditatibus, videlicet inter Cossubam Baczyczyn et Rybnam quouismodo infringere vellet, ex tunc parti Gades tenenti ante omnia Quadraginta marcas grossorum Pragensium Ducalis monete grauens persoluat, deinde persoluta summa pecunie pretacte, a deuenandas predictas Gades procedat. Data Cracouie feria tertia infra Octauam Corporis Chr̃i. Anno Dñi Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nrum est appensum. Acta sunt hec presentibus Honorabilib. ac Nobilibus viris Dno Hermano Procuratore curie nostri eximii Principis Kazimiri Regis Polonie Castrode Sanct. Floriani et aliis quam plurimis fide dignis

## Venditio seu Priuilegium Kasimiri Regis super Mnischkowice.

Sub sigillo 35.

In Nomine Dñi Amen. Cum omnes venditiones emptiones resignationes et contractus qualescung eorum robur firmitatis obtinere non valeant opere nisi solemni titulo cautum et fide digno testimonio perennentur. Proinde nos Kazi-

mirus Dei gra Rex Polonie. Necnon Terrarum Cracovie Sandomirie Syradie Lancicie Cuavie Pomeranie Russie q Dnus et hered. Notum facimus tam presentibus quam futuris quibus expedit universis quod nos villam nram Regalem vulgr dictam Mniszkowice in Terra Cracoviensi prope Bochniam situatam ad nos legitime pertinentem Monialibus et Monasterio earundem in Staniatki vendidimus et irrevocabr in perpetuum resignavimus cum omni iure libertate et dominio quemadmodu hactenus tenuimus et possedimus pro centum viginti marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos Bohemicales marcu pro quolibet computando, nihil iuris aut dominii in eadem hereditate nobis aut nostris successoribus perpetuis reservando. prout dicta hereditas in suis limitibus longe late q ab antiquo est distincta et limitata cum omnibus fructibus censibus obventionibus videlicet agris, pratis, sylvis, bonis, grangis, mericis, rubetis, mellificiis, aquis aquarum decursibus, piscinis, molendinis, ac quibr cum omnibus et singulis fructibus qui nunc ibidem sunt, aut in posterum quoquomodo poterunt subcrescere eas dem Moniales et Monasterium ipsarum prædictum, perpetuis temporibus habendam tenendam possidendam, vendendam, commutandam, ac pro sua utilitate quomodolibet convertendam, quam quidem emptionem venditionem et resignationem per nos, sic rite et rationabr factam ratam habentes ipsam approbamus roboramus et perenniter confirmamus. Harum quibus unum sigillum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et Datum Cracovie in Vigilia Beati Dominici Confessoris Anno Dñi Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Septimo. Presentibus Petro Palatino Sandomirien. Janissa Castellano Vrsynicensi. Lodrantu Procuratore gnali. Predboro Subdapifero Andrea Subjudice Cracovien. Dobeslao de Lawsow Clemente de Mluvga & baronibus, et aliis valde multis fide dignis. Datum per manus Dnorum videlicet Dñi Janussii Decretorum Doctoris & Cancellarii Cracovien. necnon Dñi Joannis de Czarnkowo Vicecancellarii Regni.

## Granities super Sculteciam in Mniszkowice

In nomine Dñi Amen. Ad perpetuam rei memoriam deducimus, vt lapsu temporis

temporis videantur abolen, et ea quae fuerunt in tempore habeant in robore firmita-
tem necessariam. Igitur est ut scriptis et sigillorum munimentis roborentur. Pro-
inde nos Stanislaus Divina providentia Abbas cum omni congregone suum virorum
Conventus et Monty Syncien. Universis et singulis praesentibus et futuris praesen-
tium notitiam habituris significamus. quod vendidimus pomodo Stanislao Dworsk
Dworzeysko pro Marcis decem in villa nra Mniszkowice cum agris et piscina quae
iacet in villa ager qui iacet inter Thomam Thomam Otrust, parte altera in-
ter Martinum Pritek, qui Ager extendit se in campos a piscina vadit alias
Potskieni usq ad metam Thoma Otrust. et ad eam metam per prata usq ad an-
gulum vocatum darowszowy kąt, et a hinc vadit alias Dziebza Potskiem usq ad
metam dicti Thoma Otrust. quae meta facit granities usq ad villam Pogorzelow
Censum tenetur nobis solvere praedictus Stanislaus singulis annis per unam de-
cagenam, et gallos quatuor viginti una, et duos casens, et alis pertinentiis
ad dictum agrum et eundem vendidimus resignamus praedictum agrum et Dworsko
nuncupatum supramemorato Stanislao, et suis successoribus pleno iure tenendum
habendum et in usus suos convertendum. In cuius rei testimonium sigilla nra
praesentibus sunt appensa. Actum et Datum in Castro Syncien. feria quarta pro-
xima post Dnicam Palmarum Anno Dni Millesimo Quingentesimo Quinto su
pra decimum.

## Super Mniszkowice

sub signo V

Nos Joannes Rokos de Skorzyce Judex et Joannes de Wichrzynowice Sub-
judex Terrae Cracovien. gnales. Significamus tenore praesentium universis quibus ex-
pedit praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. quod dum in colloquio
gnali audiencie Curiae nostrae celebramus, tunc coram nobis et Magnis Dnis infrascriptis Consti-
tutus personalr nobilis Paulus Myszka de Niepreszna. Venerabilem Dnum Matthi-
am Abbatem et Conventum Montis Syncien occasione totius hereditatis Mniszko
wice intercedere debet et eli berare, a sororibus suis, Anna et Catherina, Skaba.

nobilis Petri de Nuprzesnia ab omni impedimento iuxta iuris formam prout adipsas pertinet prasenpti, sub damno secundum terrestrem consuetudinem, sanc ting renognitionem idem Paulus Myszka fecit et renognouit sanus mente exi- stens et corpore non compulsus nec coactus de libera sua voluntate Actum et Datum Cracouia in collegio gradi feria 6ta post festum Sancti Stanislai Anno Dni Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

## Ad Barwin pertinet

sub sigillo P. A.

Nos Paulus de Bogmilowice Judex et Sigismundus de Bolonia Sub- iudex Terra Cracouien gnales. Notum facimus quibus expedit omnibus pra- sentibus et futuris praesentium noticiam habituris Quodin Judicio Terrestri Cra- couiensi meo coram certis Camerariis Judicialibus nris constitutus personalr Nobilis vir Stanislaus de Norzbno bared, sanus mente et corpore existens non compulsus nec coactus sed de bona eius voluntate, tres lanceos seu mes- nes adipsum quomodlibet concernentes in Barwin bareditate cum ipsorum lane- orum seu Cmetbonum omnibus iuribus dominio vtilitatibus fructibus proven- tibus censibus redditibus, areis domibus edificiis hortis agris pascuis pra- tis, etcum duobus stagnis dictis Jakusowice et Maleczyniec, omnibusq Cmetonum laneorii pertinentiis prout solus habuit et tenuit nihil penitus sibi et suc- cessoribus suis in eisdem lanceis et stagnis iuris seu proprietatis et dominii penitus reservando pro Centum triginta marcis medionum grossorum monetae currentis numeri Polonicalis consueti Nobili viro Joanni de Sachye bared et ipsius po- steris legitimis, in totum vendidit et iudicialr resignauit per ipsum Joannem dictos lanceos seu Cmetbones et Gaios bereditarie perpetualr tenendum ha- bendum vtifruendum vendendi donandi communicandum, et in suos vsus bene placitos libere conuertendum prout sibi et suis successoribus legitimis melius et utilius videbitur expedire promittens eundem Joannem occasione praemissorum ab omnibus impedimentis atq damnis quarumlibet personarum Juxta consuetu- dinem terrestrem Cracouiensem ubilibet relaturae. Etiam ipse Stanislaus promisit

a Nobili.

a Nobili Dna Anna vxore Nobilis de Cobilanki ab omni impedimento atq damno prasta- 153.
tum Joannem etipsius Successores legitimos ubilibet intercedens & relevat. nulla prascriptione
euadendo. In cuius rei testimonium Sigilla nra prasentibus sunt appensa. Actum et Datu
in Prszowice feria quinta proxima post Conductum Pascha Anno Dni Millesimo quingente-
simo Decesimo quinto. Prasentibus his testibus Nobilibus 2. aliisq plurimis fide dignis.

## Recognitio Nobilis Annæ quod ei satisfactum est pro hæreditate in Muszkowice Subsigno AV.

Nos Nicolaus Strasch de Bialacz Judex et Martinus de Konary Subiudex
Terræ Cracouien gnales. Significamus tenore prasentium quibus expedit vniuersis
prasentibus et futuris prasentium notitiam habituris. Quomodo coram nobis et certis
Camerariis nostris in iudicio prædictis venerit personalr Nobilis Anna vxor
Nobilis Joannis Balczenski sanamente et corpore existens non compulsa nec coac-
ta sed deipsius libera voluntate Recognouit quia ab omnibus bonis hæreditariis
ipsam prius in Muszkowice quomodocunq concernentibus, et quomodolibet ibidem concer-
nendis Venerabili Andreæ et eius Conuentui de Thynic, et ipsorum posteris. Confitens
quia pro eisdem bonis hæreditariis ab eisdem Andrea et Conuentu de Thynic est satisfa
ctum, pro quibus ipsos neq ipsorum posteros debet impedire. In cuius rei testimonium si-
gilla nra Cosentibus sunt appensa. Actum et Datum in Thynic feria quinta proxima
ante Sanctj Chrisostomi et Judæ. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo
primo. Prasentibus o.. et aliis quam plurimis fide dignis

## Granities in Muiskowice adiudicata.

Subsigno LC.

Nos Bartos Suis de Gory Judex et Petrus de Grzegowice subiudex Terræ Cra-
couiensis gnales. Notum facimus quibus expedit vniuersis prasentibus et futuris prasen-
tium notitiam habituris. Quod dum et quando ad iudicium nrum terrestre Cracouien
coram certis Camerariis nris Judicialibus Venabilis Dnus Bogdalus Divina patientia Ab.
bas Canonicus Conuentus de Thynic existentis actoris. Nobilem Procopium Marcka de
Myszkowice pro granicijs in Myszkowice damni Centum marcarum, Quia ipsas cum

ipso Vnabli Dño Bogdalo Abbate, et ipsius Conuentus de Tyniec stare nolunt, et pro parte hæreditaria in Mnisckowice ipsius Vnablis Dñi Bogdali Abbatis, et eius Conuentus de Tyniec per ipsum Procopium Myszkam nesatur gnoscire voluenter infromissam valoris trecentarum marcarum et totidem damni citarunt, et citare procurarunt, tandem in tertio termino et peremptorio ipse Procopius Myszka de Mnisckowice aduersus prædictum Venablem Dñum Bogdalum Abbatem, et eius Conuentum de Tyniec contumaciter minime parere curauit. Tandem in eodem termino tertio et peremptorio ipse Vnablis Dñus Bogdalus Abbas et ipsius Conuentus de Tyniec condemnauit ipsum Procopium pro eisdem granicijs in Mnisckowice in Centum marcis damni et pro parte hæreditaria in Mnisckowice valoris trecentarum marcarum, et pro totidem damni iuxta tram ipsorum citatoriam in ipsorum lucro denum ipse Vnablis Dñus Bogdalus Abbas cum ipsius Conuentu de Tyniec existentes actores ipsum Procopium Myszkam pro eisdem granicijs in Myszkowice Centum marcas damni, et pro parte hæreditatis in Mnisckowice ipsius Vnablis Dñi Bogdali Abbatis et eius Conuentus de Tyniec per ipsum Procopium Myszkam, nesatur gnoscire voluenter infromissam iuxta ipsorum condemnationem tram citatoriam, et prout in Actis in ipsorum lucro ad satisfaciendum concitarunt. Tandem in eodem termino concitato, ipse Procopius Myszka per ipsius Nuncium specialem aduersus prædictum Dñum Vnablem Bogdalum Abbatem et ipsius Conuentum de Tyniec Terminum suum reposuit veram infirmitatem. Adueniente autem eodem termino concitato reposito vero infirmitate ipse Procopius Aduersus prædictum Vnablem Dñum Abbatem Bogdalum et ipsius Conuentum de Tyniec iuramentum iuxta iuris terrestris Cracouiensis consuetudinem non fecit. Quem Procopium Myszkam ipse Vnablis Dñus Bogdalus Abbas cum suo Conuentu de Tyniec in eodem termino concitato in quo ipse Procopius aduersus eundem Vnablem Dñum Bogdalum Abbatem et ipsium Conuentum de Tyniec iuramentum facere debuit et non fecit, Ideuco Vnablis Dñus Bogdalus Abbas cum suo Conuentu condemnarunt. Ipsum Procopium in eodem iuramento et in ipsorum lucro iuxta ipsorum literam citatoriam, et prout in Actis pro granicijs in Mnisckowice videlicet damni Centum marcarum, et pro ipsorum parte hæreditaria in Mnisckowice valoris trecentarum marcarum, et pro totidem damni

Videntes

Videntes autem nri Camerarii iudiciales progressionem iuris dicam ipsius Vnabilis Dni Bogdali Ab-
batis de eius Conuentus de Bynicz iuxta iuris formam et acquisitionem realem huic ipsum Adiu-
dicarunt ipsi Vnabili Dni Bogdalo Abbati de eius Conuentu de Bynicz intromissionem re-
alem in eandem partem ipsorum hereditariam in Miszkowicze superipsum Procopium iuridice
acquisitam In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et
datum in Cracouia feria secunda proxima post octauam Conductus Paschæ. Sub Anno
Natiuitatis Dni Millesimo Quadringentesimo octauo Presentibus testibus hic Nobilibus.
et gnosis Joanne de Melsztyn Andrea de Ruprow et aliis plurib⁹ fide dignis

## Miszkowice adiudicata Monasterio Bynecensi.

sub signo O B.

Nos Barthosius de Gory Judex et Petrus de Cracowicze Subiudex Terræ
Cracouien gnales. Notum facimus quibus expedit vniuersis presentibus et futu-
ris presentium notitiam habituris. Quod cum nri officij quali Coram nobis Magcis
Dnis subscriptis nobiscum protunc in iudicio presidentibus inter Vnabilem Dnum
Bogdalum Dei gna prouidentia Abbatem de Bynicz et Conuentum eius actores
ex vna et Nobilem Joannem Myszka hærede ex altera partibus reum, pro de et
super hæreditate Miszkowicze materia quæstionis iudicialr vertebatur. Tandem
cum prefatus Dnus Abbas cum Conuentu suo predicto eandem hæreditatem dictam
cum omni iure et dominio vtilitatibus fructibus prouentibus incolis ecclesiis, arcis do-
mibus tabernis molendinis agris pratis campis aquis fluuiis piscinis mericis gais melliti-
cis et vniuersis pertinentiis dependentiis obuentionibus et coherentiis quibuscunq; di-
cantur nominibus prout dicta hæreditas in suis metis limitibus longe late et circum fore-
citer est distincta et limitata in bil excludendo super prædicto Joanne Myszka iure
et iudicialr in perpetuum acquisiuerint exco, quia idem Joannes Myszka super posses-
sionem ipsius Dni Bogdali Abbatis et Conuentus sui in prædictam hæreditatem
Miszkowicze se intromiserat violenter nullo iure eundem Dnum Bogdalum Abba-
tem et Conuentu eius eiiciendo, quam hæreditatem ipse Dnus Bogdalus Abbas et
Conuentus suus prædictus super Nobili Procopio ibidem de Nierzesna fratre Patruele
germano eiusdem ~~Abbatis~~ Joannis Myszka iure et iudicialr prius acquisiuerunt

Nos vero vna cum Dñis vt dictum est subscriptis videntes et considerantes iustitiam eiusdem Dñi Bogdali Abbatis et Conuentus sui iam dicti ipsam hereditatem Miiskowice prãmisso omni iure et dominio ipsis adiudicauimꝰ, et prãsentibus adiudicamus perpetualiter obtinenda sibi Joanni Mszczka et suis successoribus legitimis silentium perpetuum imponentes. In cuius rei testimonium sigilla nostra prãsentibus sunt appensa. Actum et Datum Cracouiæ in Colloquio generali celebrato feria quinta proxima post festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis. Anno Dñi Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo primo. Prãsentibus tunc magnificis Dñis Joanne de Gizon Castellano et Capitaneo Joanne de Tanczyn Palatino Cracouien. et aliis Dñis plurimis fidedignis.

Super fossatum et meatum aquæ per prata in Przeginia Donatio
Vicecessauariæ

sub signo

Nos Jacobus de Lubomierz Judex et Joannes de Wisebor Subiudex Terræ Cracouien. quales. Significamus tenore prãsentium quibus expedit prãsentibus et futuris prãsentium notitiam habituris. Quomodo coram nobis et camerariis nostris in iudicio nro presidentibus veniens personaliter nobilis Hieronymus Czerniechowski in Czerniechow et Przeginia haeres sanus mente et corpore existens non compulsus nec coactus, sed de libera ipsius voluntate publice recognouit, quia fossatum et meatum aquæ de Mslendzino in Przeginia sito libera per prata ipsius in hereditate Przeginia sitis, cum eodem omni iure et toto dominio atq omnibus proprietatibus nihil excipiendo, pro viginti marcis pecuniæ communis monetæ et numeri Polonicalium in hac consuetarium, in toto libere admisit et perpetue vendidit, admittitq prãsentibus Venabli Stanislao Abbati, et toti suo Conuentui Ecclesiæ, ita tamen quod dicta fossa et meatus aquæ de Mslendzino in Przeginia sat. prãfati Stanislai Baranowski Abbatis et ipsius Conuentus Tyncien. eruit perpetuo ac in eternum libera, quæ prataeta prãfati Hieronymi Czerniechowski, alias prout poposcerit necessitas ipsius fossatæ et meatus dictæ aquæ de dicto Mslendzino Realem q introinissionem, et terminum effectualem iam exnunc per

Ministeriales.

Mirale Stanislaum Skworka de Kazanuria de uiue additum, in dictam liberam fossatam et meatum aquæ per prata prædicta tendentem dedit et cadimisit perpetuo per præfatu Abbate et ipsius totum conuentum Tynecensem dictam fossatam et ipsius meatum aquæ liberam perpetuis temporibus, tenendum habendum, utifruendum, vendendum, commutandum, donandum alienandum, et prout sibi et ipsius legitimis successoribus melius ac utilius expedire videbitur conuertendum. Et debet præfatus Hieronymus præfatum Abbatem, et totum totum Conuentum Tynecen occasione præfatæ fossatæ et ipsius meatus aquæ prædictæ de dicto molendino fluentis ibidem in Regunia situ. ab omnibus impedimentis et damnis quarumlibet personarum rerum et statuum cuiusq; prout adquaeunq; personam terrestris pertinet præscripto sub vadio unguti marcarum pecuniæ communis intercedens. eliberare enuncere ac uicta Juris formam tueri. Similr præfatus Hieronymus præsentibus se inscribit, quod Nobilem Johannem minorennem fratrem suum germanum primogenitum legitimus annos ætatis habuerit hic ad Acta præsentia sub vadio Triginta marcarum pecuniæ communis numeri Polonicalium consuetam adducen se obligauit et inscripsit, qui adductus debet huic inscripcioni in omnibus suis punctis conditionibus et clausulis consentire, quod latius eadem inscripcio obligatur. Pro quibus quidem vadiis aut eius eorum si se præfatus Hieronymus citare permiserit Extunc hic in iudicio Terrestri parere et respondere debet, et vadiis aut eius eorum satisfacere tenebitur. Nonobstanten ipsum per nullis et singulis omnibus locis Regalibus, expeditione bellica, distrectu, prædicione, collectio, aut Convertione defectu alicuius præsentis inscripcionis, et nec alio quolibet de exquisito sub amissione sui causæ. In cuius rei testimonium sigilla nra præsentibus sunt appensa Actum et Datum Cracouiæ feria secunda post Festum Epyphaniarum proxima Anno Dñi Millesimo quingentesimo Tredecimo. Presentibus ibidem et Nobilibus et Egregiis Nicolao Morsko Stanislao Lubomierski Nicolao Tassyckj, et alijs pluribus fide dignis adpresentibus.

Recognitio Epyscopi Cracouiensis ona cum Capitulo super decimas Mniszkowice et Pogwizdow

sub sigillo K.

In Nomine Dñi Amen. Nos Petrus Dei gra Epyus Cracouiensis ona cum Capitulo nro Cracouiensi. Notum facimus quibus expedit uniuersis

præsentium notitiam habituris. Quod constituti coram nobis Viris Nobilibus de Religiosus vir Mscislaus Abbas Stanislaus Prior Stanislaus Custos Matthias Clauiger Stanislaus Cantor nomine Conuentus Monasterii Tynecen Ordinis Sancti Benedicti Cracouiensis diœcesis ex vna, et Honorabilis vir Dnus Joannes de Korabiowice Canonicus Præfatæ Ecclesiæ nouæ Cracouien parte ex altera. Recognouerunt, quodipsi Dnus Abbas Prior et Conuentus in hæreditatibus eorum bobis et possessionibus videlicet Pogwiedow et Miszkowice sitis prope Bochniam nullas a multis annis vtilitates habuerunt volentesq de eisdem fructibus vtilitates in posterum consequi ampliores et conditionem ipsam ordinare meliorem, easdem hæreditates cum omnibus fructibus prouentibus, censibus, pascuis, pratis agris aquarum decursibus tabernis molendinis, quotquot ibi fieri et construi possint præfato Dno Joanni exposuerunt, et locauerunt, per eum meliorandæ tenendæ habendæ et possidendæ temporibus suæ vitæ, pro anna persolvendis infra scripta. Ipsi vero hæreditatum prædictarum nihil vendere, nec alienare debet, sed nec subtrahantur arbores de eisdem custodiam diligentem circa ipsas habere debet vt augeantur, et duntaxat pro reparatione Domorum Curiarum et necessitate ipsarum habebit excindere facultatem, et vt tanto melius valeat facere meliorationes, in eisdem adiunxerunt sibi labores Cmetonum ipsorum villarum in Lapczyca et Koziorow, ac seruitia quæ ipsis ac Curiis ipsorum in Lapczyca et Koziorow exhibere tenentur pro tempore et temporibus consuetis, præfatus vero Dnus Joannes pro fructibus, redditibus et pertinentiis supradictis per octo marcas primis duobus annis. scilicet Anno Dni Millesimo Quadringentesimo, tertio, et quarto. per octo marcas, deinceps vero per decem Marcas monetæ et numeri Regni Poloniæ communiter currentis annuatim singulis annis in tempore Sancti Martini semper temporibus vitæ suæ præfatis Abbati Priori et Conuentui et eorum successoribus de pertinentibus decimalibus villæ Jodlowska pones Furczyca assignare se astrinxit. Ita tamen quod si quid de dictis pertinentibus decimalibus superfluum fuerit, pro parte ipsius Dni Joannis recipere teneantur solute, et si quid defuerit ipse Dnus Joannes aliunde se supplere adstrinxit, in Conuentu et Monno supradictis dicto tempore dilacon qualibet prorsus mora. Post mortem autem ipsius Dni Joannis omnes meliorationes et tota substantia in frumentis pecoribus pecudibus, equis iumentis et singulis rebus.

per eundem Dñm Joannem devehctis ad Abbatem Priorem et Conventum Monm Bynicensis immediate et in continenti debent devolui et pertinere, cum hæreditatibus, villis et possessionibus supradictis, nullus q frater aut parentes cognati, et agnati, et quilibet successores ipsius Dñi Joannis tam primales, quam beneficiorum plurimorum spirales vel secularez ad eandem quovis quesito colore habebunt ius, aut respectum, et si quid quis præsumpserit ea aut quomodocunq turbare vel occupare, pœnam excommunicationis nrãm Episcopi seu Capituli, aut utriusq quas exnunc prout ex tunc iuxta ordinationem præfactam contra tales ferimus, et etiam promulgamus incurret, et incurrem etalis adversus ipsos in graviores processus procedemus et procedi debebit in posterum per nostros successores Ingeniorum omnium fidem, et audientiam plenioren præsentis contractus hijus scribi et sigillorũ nrorum appensione iussimus communiri. Actum et Datum Cracoviæ in Capella et Conclavi Capli Cracovien Anno Dñi Millesimo Quadringentesimo Secundo ipso die Sancti Martini Confessoris gloriosi.

## Adiudicatio villæ Lopuszna Monrio Bynecensi

per Commissarium Apticum. subsigno ✠

Franciscus Ecclesiæ Sancti Floriani Præpositus in Suburbio Civitatis Cracovien Judex auctoritate Aptica per Vñabilem Dñum Franciscum Abbatem Divina miseratione de Andrzeiow ad infrascripta subdelegatus discretis viris de Radkie-now et de Czerniechow Pastoribus Ecclesiarum Salutem in Dño sempiternam et mandatis nris imo verius Apticis firmiter obedire Noverit nos hãs ipsius Dñi Francisci Abbatis prædicti sub sigillo ipsius pendenti manu Vitboldi Joannis eius nomine scriptas recepisse. in hæc verba Franciscus Divina miseratione Abbas Monrii de Andrzeiow Judex a Sede Aptica ad infrascripta deputatus Honorabili viro Dño Francisco Præpto Ecclie Sancti Floriani in Suburbio Cracovien Salutem in Dño. Noverit nos Sanctissimi in Chto Pris Dñi Innocentii Papæ 6ti hãs nonnullas non abolutas, nec in aliqua parte sui viciatas, sed omni vitio et suspicione carentes, eius vero bulla publice bullatas recepisse. In hæc verba Innocentius Epus Servus Servorum Dei, dilecto filio Abbati de Andrzeiow Cra-

Coniensis diocesis salutem et Aplicam benedictionem. Dilectorum filiorum Abbatis et Conventus Tynecen Monrij Ordinis Sancti Benedicti Cracovien diocesis partibus inclinati. presentium tibi auctoritate mandamus, ut ea quæ de bonis Monrij ipsius alienata inuenies vel distracta actus et proprietatem eiusdem Monrij legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam appellone postposita compescendo. Testes autem quos nominati fuerint. Testes autem si Regia odio vel amore subtraxerint consenta fuli appellone cessante, compellas veritatem testimonium perhibere. Dat. Rogæ 15 Kalend Novemb. Pontificatus nri Anno primo. Nos igitur variis et diuersis arduis q negotiis domus nostra præpediti cognitioni et decisioni huiusmodi iuxta continentiam dictarum literarum Aplicarum intendere non valentes, de prudentia et solicitudine vestra plurimam fiduciam habentes, tenore presentium vices nostras committimus ut vos ipsa causa cognoscenda iuxta formam nobis tractam procedatis, tam diu quousq ipsas ad nos duxerimus revocandas, si vero negligens fueritis in præmissis et remissus seu mandatis predictis non parueritis cum effectu, vos sententiam excommunicationis canonica monitione premissa, sex dierum quorum duo dies pro forma, alios duos pro sententia, et reliquos duos continue et immediate sequentes pro tertia monitione, a die notificationis literarum harum ferimus in his scriptis. In cuius rei testimonium presentes literas nri appensione sigilli fecimus roborari ac Notario infra scripto mandauimus ipsi presentibus in euidentiam plenorem. Datum Cracouiæ in Domo habitationis sue de Szyrzyc. Anno Dñi. Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Quarto Indictione Decima sedecimo Kalend. Julii hora sexta Presentibus Religiosis viris Joanne Procuratore de Szyrzyc Petro et Joanne Presbitis dicti Monrij de Andrzeiow et alijs pluribus. Et quia Egota dictus auctor nasus, Baccalaureus de Bencowie nris literis accitus ad nram presentiam, et ex superabundanti item legitime et sufficienter euocatus Ad instantiam Discretis viri Dñi Joannis Diuina patientia Abbatis et sui Conuentus de Tyncia in terminis et loco citatis sibi assignatis super occupone Lopuszna villa vulgr dicta, dicto Egota contumaciter se absentante super petitionem dictorum Abbatis et eius Conuentus, Juramento habito sacramento corporali alias super his habito consilio sapientum Dei nomine inuocato pradicto Abbati et eius Conuentui villa pradicta Lopuszna possessionem ratione Custodiæ et tenutam tenore presentium assignamus, vobis ac vestrum cuilibet districte precipiendo, et in virtute dantia et obedientiæ et sub excommunicationis pœna Canonica monitione premissa sex dierum

quorum

duos eius pro forma, alios duos decis pro sententia et reliquos duos immediate sequentes pro tertia, quam vos et vestrum quemlibet meminere volumus ipso facto si mandatis huiusmodi obedire non curaueritis cum effectu, mandantes quoties cum vestrum quilibet requisiti fueritis personaliter descendentes auctoritate nra qua fungimur possessionem et tenutam modo predicto ville predicte Lopuszna dicto Abbati et conuentui de Bnicia assignetis mandetis firmiter et districte ac sub excommunicationis pena predicta sex dierum canonica monitione premissa omnibus et singulis Kmetbonibus et Incolis in eadem villa 1° a monitione eisdem vos stare et in omnibus earum conditionibus dicto Abbati et eius Conuentui obediant et nullatenus, ac iura omnia debita dicto Abbati et Conuentui facendo. Alios ipsos omnes et singulos Kmetbones et incolas memorate ville mandatis huiusmodi inobedientes et rebelles quos nos extunc prout extunc in his scriptis excommunicamus in ecclesiis vestris infra missarum solemnia excommunicatos denunciando ac per alios ecclesiarum Rectores ubi expedire videritis nunciari auctoritate nostra faciatis. Iuxta vero decretum Decis et fertonis tam diu donec aliud habueritis in mandatis, de executione autem vestris sigillis appensis significetis. Datum Cracouie Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Quarto die Nonis Januarii.

Priuilegium super Rybna et super Brzeginia quod non debent decimam manipulatim sed pecudiam octo Scotorum de quolibet lanco et duo Scultheti in toto a Decima sunt liberi. Cotyn nic qd voluit Epus deinpre in Rybna. et hoc sub sigillo R. priuilegii per expressum pecuniale.

In Nomine Dni Amen Ratio suadet et equitas, vt ecclesiastica vtilitati consulentes in augmentum fructuum et reddituum ipsius eam teneamus modum aptum et honestum per quem conditio potior reddatur Ecclie et iura ipsius in aliqua parte non molestentur. Proinde nos Joannes Diuina et Aplica Sedis gratia Epus Cracouiensis Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis. Quod licet Kmetbones et Incole villarum videlicet in

Rybna et in Preginia multo tempore fuissent excentate nostra sententia excommunicationis innodati pro eo quod Decimam, more Patrie in campis soluere recusabant petentes et toto labore virium nobis humiliter supplicantes vt pro Decima eadem vnalis et currentis monete fertones recipere dignaremur, ex causis et rationibus quas prose allegabant. Nos itaq habito consilio et vnanimi consensu Fratrum nostrorum Capli Tracouen. eorum humilibus supplicationibus clementer annuentes paterni ad instantiam precum Nobilis et Religiosi viri Dni Fris Henrici Dei patientia Abbatis Monasterii Dyciensis Ordinis sancti Benedicti Dni temporalis, ac prouidi viri Frackonis Scultheti prefatarum villarum super solutione Decime campestris de araturis eorundem Knechtonum, talem concordiam fecimus et perpetuam vnionem, videlicet quodipsi Knechtones seu colloni de quolibet manso singulis annis semper in festo Beati Martini nobis nostrisq successoribus rone Decime predicte per ech Scotorum grossorum Bohemicalium, vnam mensuram tritici, et vnam mensuram siliginis qualibet occasione postposita dare et soluere perpetuo teneantur. Nuncio vero nostro quem ad eos legendum et tam pecuniam duximus destinandum metterio tempore quo eandem pecuniam exigent de expensis necessariis propersonis et equis communibus debunt predictas autem mensuras curribus ipsorum in Lipow Castrum nostrum deducant. Quodsi ipsi vel aliquis eorum pecunias soluere aut frumenta in Lipow presentare quoquomodo neglexerint infra octauas sancti Martini predicti, extunc prefati coloni non soluentes intra alios octo dies per dimidiam marcam eiusdem monete nobis nostrisq successoribus soluere debebunt, et sic per sententiam excommunicationis et per ipsum Scultetum et per illas successores compellentur. Adque omnia memoratus Scultetus cum sex Scabinis Matthia Henrico, Dyemar, Heinkone Sarbore Rudolpho Petro et Thoma per se asuis vicinis omnibus villarum predictarum colonis sponte et libere se subiuiserunt, et astrinxerunt perpetuis temporibus adimplendu. Volentes insuper cum Scultetu et eius posteris gratiam facere specialem precibus eius compulsi, et vt in exactione pecunie predicte decimalis diligentiam ope

operationem habeant adhibere, duos mansos ipsius speciales de nostra mera liberalitate a solutione tam pecunie, quam frumenti liberos facimus penitus et exemptos. In cuius rei evidentiam presentibus nostrum nostre Capituli sunt appensa. Actum et Datum Cracovie in Kalend. Januarii. Anno Dni Millesimo Trecentesimo Quadragesimo sexto. Presentibus Honorabilibus et discretis viris Dnis Petro Cantore Nicolao Custode, Joanne Thesaurario Bertaldo Cantore Wisliceñ Canonicis Cracovien. Gregorio Wozynic et aliis plurimis fidedignis.

Recognitio cuiusdam Judicis quod Dnum Matthiam Abbatem quondam nobilis de Permino dimiserit. super Mniszkowice subsigno V.

Nos Joannes Lokos de Coscyce Judex et Joannes de Pielgrzymowice Subiudex Terre Cracovien. quales. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam habituris quomodo dum in Colloquio generali cum Dnis infrascriptis Magnificis nobilibus residebamus Coram nobis et Dnis ac infrascriptum personaliter constitutus nobilis Paulus Myszka de Niepreszna bene sanus mente existens et corpore non compulsus nec coactus de libera sua voluntate. Vitalem Dnum Matthiam Abbatem et Conventum de Bynice Monrio de Permino dimisit libere pro omnibus causis et signanter pro intromissione violenta in partem hereditatis in Mniszkowice nullo iure acquisitam, et libere citationem mortificavit et terminum in eternum. In cuius rei testimonium sigillanda presentibus sunt appensa. Actum et Datum Cracovie in Colloquio generali feria sexta post Festum Sancti Stanislai ii Mart. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Quinto. Presentibus bis Magcis Dnis de Skarszyn Joanne Castellano de Pilica Palatino Cracovien. Joanne de Tarnow. Stanislao Wapowska de Strelce Sandecensi Joanne Schlice de Gamrat Piecensi Castellanis & aliis plurimis fidedignis.

# Decretum Judicii Terrestris ex sententia Sigismundi Regis super villam Kolanow prope Bochnia

## In Curia Regis

Sabbato post Festum Sancti Stanislai in Maio Anno 1509.

subsigno K

Nos Jacobus de Lubomir Judex, et Joannes de Piechow Subjudex Terre Cracouiensis quales. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris, presentium noticiam habituris. Quomodo cum et quando in Curia Serenissimi Principis et Dni Dni Sigismundi Dei gra Regis Polonie pro Tribunali judiciali presidebamus. Tunc Regia Mtas decreuit et Judicio decernendum mandauit, Causam inter Honestum ac Religiosum Joannem Abbatem Zyrciensem totiusq Conuentum ipsius ab una, et famatos Prothonsulem Consules et Cives Bochnenses ab altera partibus vertentem, pro quadam villa Kolanow cum productione Jurium Priuilegiorum et Bonorum ex ambabus partibus quibus Priuilegiis et juribus Regia Mtas sufficienter relatis et exauditis prefato Joanni Abbati totiq Conuentui Zyrcensi prefatas suas ac Priuilegia super prefatam villam Kolanow in omnibus eorum punctis articulis roborare. seruauit, et obseruare fore reseruatas, et eis Prothonotario Consulibus ac ciuibus eorumq posteris dictam villa Kolanow perpetuum imposuit et adiudicauit in cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et Datum Cracouie in Curia prefati Serenissimi Principis Sabbato proxime post Festum Sancti Stanislai Anno Dni Millesimo quingentesimo Nono Presentibus ibidem generosis ac nobilibus Andrea Tanczynski de Tanczyn Nicolao Czetwertynski Stachco de Skrzchowek, Joanne de Ciamowice Jacobo de Jakubowice hæredibus, et aliis quam plurimis fidedignis ad premissa.

Sententia definitiua super villam Kolanow contra Bochnen per Regiam Mtem Juri admissa cum suis consulibus per.

per Judices et Subiudices determinata, in perpetuum Aduersariorum 165. 111
silentium subsigno C.B.

Nos Nicolaus Strasb de Bialacow Judex et Martinus de Lunan subiudex Terre Cracouiensis gnales. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris presentium notitiam habituris. Quomodo dum et quando in Curia Serenissimi Principis et Dni Dni Kazimiri Dei gra Regis Polonie pro Tribunali residentibus iudicialr. Tandem inter Venerabilem Dnum Joannem Abbatem et eius totum Conuentum de Tynicz ex vna, et prope miniterio Consules totius communitatem Ciuitatis Bochnensis partibus ex altera pro, de, et super villa Rozanow prope Bochniam iacentem materia questionis verteb[a]tur. Tandem earundem propositionibus et responsionibus hinc inde factis, cum productione Juriu[m] Regionum et testium eisdem ortis et porrectis, et benemasticatis, taliter decreuimus. Quodidem Dnus Abbas cum suo Conuentu super dictam villam Rozanow cum testibus nominatis iuramentis corporali debuerunt decenter iuramentis approbare, cum tag testes nonnulli et per partes suscepti iuxta nrum decretum, et totam iudicialiter eidem iurare voluerunt. Quia ipse Abbas cum Conuentu suo cum suis antecessoribus, a ducentis annis eiusdem ville fuerunt in possessione et pacifica tenuta Jpsi Consules totam potestatem, a tota Ciuitate Bochnensi habentes eisdem testibus iuramentum dimiserunt. Nos itag videntes predictum Abbatem et eius Conuentu de Tynicz ad eandem villam Rozanow iustitiam habere, Tandem villam Rozanow Venerabili Abbati cum toto Conuentu et suis Successoribus adiudicam habend et obtinend in perpetuum. Eisq Consulibus Ciuibus vicinis huig communitati Ciuitatis Bochnensis pro eadem villa Rozanow perpetuum silentium imponen. Etiam nisi per omnia iura munimenta, Priuilegia, litras, si quas se pretendunt habere eandem villam Rozanow habere, Coram nobis prefati Consules cum tota communitate mortificarunt easdem cassarunt, annullarunt, et in nullis redegerunt perpetue, preadem villa non impedire nrq amouere In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et Datum Cracouie feria quinta in octauis Ascensionis Dni Anno eiusdem Millesimo. Quadringentesimo Octuagesimo Septimo. Presentibus ibidem Nobilibus Nicolao Sochii, Martino, Stanislao, et aliis quam plurimis fide dignis

# Lra Joannis Abbatis Thinecen super venditionem Scultetiæ in villa Lapczyca. Sub Signo ℔

In nomine Dñi Amen. Dignum est vt facta mortalium scriptis autenticis roborentur. Igitur nos Joannes Diuina miseratione Abbas totusq conuentus Monasterij Pinecen Ordinis Sti Bened: dicti Diœcesis Cracouien Notum facimus vniuersis quibus expedit presentibus et futuris. Quod accedentes ad nram presentiam Discretus vir Jaszco dictus Pegza filius de Bochnia tunc Scultetus de Lapczyca villa nra prope Bochnia situata, vna cum sorore sua germana Dña Betrza Relicta Heynonis filii dictis Pescotis de Sandomiria sani mentis et corpore non coacti nec per errorem sed mera voluntate eandem suam Scultetiam in Lapczyca et in aliis duabus villis eidem adiacentibus vzt Lowanow et Mnyszkowice iure Theutonico vzt Magdeburgen locatis ipsos legittime contigente cum omnibus iuribus dominio, et pertinentijs ad eandem Scultetiam à prima sui locatione tractantibus, et sicuti eam suis temporibus soli tenuerunt, Circumspecto viro Gotfrido faccinanti de Janua Ciui Cracouien liberisq et Successoribus eius legittimis pro certa pecunie quantitate Jure hæreditario perpetuo vendiderunt et coram nobis liberè resignarunt. Renunciantes omni iuri et dominio quod ipsis et eorum Successoribus in eadem Scultetia competebat vel competere posset quolibet in futurum. Per ipsum Gotfridum et eius posteros equaliter cum vniuersis vtilitatibus, et obuentionibus, que nunc in iamdicta Scultetia habentur, vel ex prouidentia Scultheti qui pro tempore fuerit haberi poterunt quomodolibet in futurum libere tenendam et facisce possidendam, ac iure Theutonico predicto regendam donandam commutandam, vendendam, et sicut sibi melius videbitur conuertendam. Et licet ex relatione predictorum Jaszconis et Betrze certius didicimus Priuilegium super ipsa Scultetia Priorum Stephano etiã dicto Pegza per fratrem Michaelem olim Abbatem predicti Monasterij Pinecen à prima sui locatione datum et concessu-

casu fortuito

casu fortuito Cracouia in domo Hermanni dicti Cranz sius Cracouien
tunc in platea Sctī Joannis morantis esse erematum. Tamen quia copi-
am eiusdem Priuilegij in Thesauro nro inuenerunt, volentes futuris casum-
is viā precludere eandem copiam presentibus duximus inserendam sub
hac forma. In nomine Dñi Amen. Quicquis humana actio de facili à memoria
mortalium labitur et transit, nisi fuerit Cranium apicibus et scripture testi-
monio perennata. Proinde nos Michael miseratione Diuina Abbas Cels
Pinecen ad vniuersorū notitiam tam presentū quam futurorū presentibus
cupimus deuenire. Quod de assensu Prum nrorum, totiusq Capituli nri et
conuentus pariter et assensu exposuimus et vendidimus Scultetiam ville
nre dicte Lapczyca iacentem prope Bochnia, cum alijs duabus villis sibi
annexis vidz Soyanow et Kniszkowice Prouido viro et honesto Stephano di-
cto Pezga cum omnibus prouentibus iuribus vtilitatibus, vsufructibus ac
pertinentijs prout dicta villa, et alie due ville sibi annexe in suis metis et
gaddibus sunt limitate et distincte, temporibus ab antiquis, tali conditione
atq pacto interiecto, quod Scultetia dicte ville Lapczyca et aliarum
duarum habere et regere debeat iure Theutonico vidz iure Maideburgen habe-
bit. Itaq dictus Stephanus Scultetus noster cum heredibus suis in villa nra
Lapczyca et alijs duabus villis memoratis cum heredibus suis et posteris
tertium denarium iudicialem de vniuersis causis magnis siue paruis obueni-
entem siue ad suspendendum siue ad decollandum, siue ad alia cuiuscunq mortis
genera fuerint iudicata, quod nobis denarijs duobus iudicialibus reseruatis.
Insuper ibidem in villa nra Lapczyca dictus noster Scultetus Stephanus habe-
bit vnum mansum liberum ab omni solutione et seruitijs exemptum, et alijs
duabus sibi annexis superius nominatis villis iam dictis Stephano dicto Pe-
zga et ipsa villa Lapczyca vendidimus liberaliter sextum mansum liberum, No-
lendina omnia libera, quot quot in dictis villis construere potest et parari
Omnes Tabernas Macella carnium, Banços, Pannum sutorū, institis iure he-
reditario possidere debet cum suis heredibus, et habere pernetua sta-
bilitate et nullum nobis censum inde soluat, nec aliqua seruitia cū suis
posteris legittimis exhibebit. Item censum sollonū et villani in dictis vil-
lis commorantes, quilibet de suo Manso siue Laneo mediam marcam pecu-
nie vsualis monete in Festo B. Martini nobis soluant more consueto,
de syluis vero, Agris, Rubetis nondum cultis neq extirpatis, sub mensu-
ra nobis soluere tenentur, et quicquid vltra mensuram dictarum villanū
remansit noster Scultetus prelibatus cū suis heredibus liberè habebit
Item mellificia, prata sibi licebit facere et possidere et venati-
onem omnium ferarum et volucrum et piscatos in aquis piscinis
et lacubus

et lacubus prefato Stephano Sculteto nro in gaddibus seu metis dictarum
villarum suisq; posteris liberè vendidimus omnia superius expensata & piscinas
quotquot facere potest sibi indulgemus. Item in iudicijs tribus magnis,
quæ quolibet anno currente excercentur, Villani et incolæ dictarum vil-
larum, nobis dno grandia & tertium predictus Sculteetus aut succo
res sui legittimi temporibus statutis tenentur, Licebit etiam dicto vi-
ro, Sculteto aut suis legittimis Successoribus prout statuimus Sculteciâ
predicta villa Lapczyca, & aliarum duarum sibi annexarum, vende-
re donare, commutare alienare pro sua suorumq; hæredum voluntate
ac vtilitate. Jta quod talis venditio, donatio, alieratio, cómuta-
tio transeat in personam idoneam nobis consentientibusq; in ipsam
salvo nro et conventus nri iure. In cuius venditionis et per-
petuæ firmitatis evidentiam prntes sibi literas duximus confe-
rendas, nri et Capituli nri sigillorum munimine roboratas. Te-
stes aut huius venditionis sunt hi. Vir Xtis Dnus Xaviogius Castel-
lanus Cracovien, Tomislaus Palatinus Sandomirien, Dnus Lucimi-
rus Palatinus Cracovien comes & Xicolaus de Bogoria Subcame-
rarius Cracovien, Magister Franciscus Cancellarius et Canonicus
Cracovien et Præpstus Wislicien et Dnus Spitko Præpstus Crac
et alii quam plurimi fide digni. Actum et Datum Crac Sub
Anno Dni Millmo Trecmo Vigmo Tertio in die B. Joannis Ba-
ptiste. Nos itaq; dictam venditionem tam resignationem tã
rite et rationabiliter celebratam vna cum prescripta copia Pri-
vilegii, cum omnibus suis clausulis & articulis prnti Privilegio
insertis per omnia ratas habentes et gratas approbantes, et
ex certa Ratificamus et ex certa scientia duraturas perpe-
tuis temporibus confirmamus, cupientes insuper viam præclude-
re calumnijs in futurum predictum Privilegium quod crematũ
dicitur extunc prout extunc cassamus annullamus ac irritum
esse et inane decernimus per prntes. In quorum omnium te-
stimonium prns Privilegium predicto Dño Gotfrido dari
iussimus nrorum sigillorum munimine roboratum. Actum et
Datũ Crac in domo nra die B. Luce Evangelistæ A. D. millmo
Trecmo Sexagmo sexto. Presentibus prudentibus viris
et discretis Petro Wymia Zupanio gnãli, Pescone de

sale

sale Nicolao Wemzingi Joanne Sudzicz, ciuibus Cracouien. Ada- 1569
mo Plebano de Bochnia et Nicolao dicto Lantfoit siue de Wielu-
czka et ac alijs multis fide dignis.

# Recognitio Jacobi iunioris filij Joannis dicti Goszdz super Przymierki in Lapczyca. sub Sig. Σ

In nomine Dñi. Amen. Ad certitudinem prñtium et ad memoriã futurorum. Nos Jacobus dictus Zambok Aduocatus, Nicolaus Scultetus de Radzieszow, Andreas Scultetus de Zorzow Nicolaus Szatarran Sculte-tus de Liszki, Nicolaus Pieniaszek de Skawinã, Matthias de Pradnik, Ja-sco de Bodzanow, Simon de Pyniec Scabini Curiæ supremi Monñij Pi-necen. per Vnblem Dnum Stanislaum Abbatem Roskoszkam, totum conuen-tum dicti Monñij Pinecen. specialiter constituti. Scamus vniuersis præsen-tibus et futuris. Quod coram nobis nro in Judicio existentibus et bannito Ju-dicio sedentibus, Constitutus Nlis Jacobus filius iunior Joannis olim dicti Gordz de Lapczyca sanus corpore et plene rõnis existens non compulsus non coactus nec aliquo dolo aut fraude seductus, sed sua ex mera et spontanea voluntate suorum amicorum maturo consilio prehabito, por-tionem tertiam Przymierki vulgariter dictam, quæ ipsum Jacobum ad-iacet in patrimonio in villa Lapczyca cõmuniter nuncupata penes granitiem Joannis Fris sui germani sitam, tam longe et tam late veluti ipsa tertia portio in suis metis, limitibus et terminis est circum-ferentialiter limitata et distincta, et quemadmodum prædictus Jacobus ipsam tertiam portionem solusmet tenuit et possedit ni-hil iuris et proprietatis pro se et suis posteris reseruans, sed cum iure suo totali Alberto Venceslai olim de Bochnia pro viginti marcis monetæ et numeri Polonicat in Terra Cracouien cõmuniter occurentis sibi iam totaliter pagaturis vtpt in quamlibet marcam quadraginta octo gros-sos computando. Recognouit se idem Jacobus vendidisse prefato Alberto de Bochnia, suisq legittimis Successoribus et coram nobis in Judicio ban-nito resignauit cuiterne cum omnibus vtilitatibus fructibus, vsibus, æqua-liter vniuersis quibuscunq nominibus seu vocabulis vocantur nunc in dicta tertia portione existentibus et in posterum Otro dnte quo-modo-libet per hominũ industriam accrescendis. Quasquidem limites

prædictorũ

predictorum ats przymierki iam dictorum prntibus declaramus vsqz à
pieszeczna, vbi surgit fluuius qui diuidit cum Agris kmethonum vsq ad lime-
tes Nicolai Jndicis vbi stat arbor dicta Brzost simul cum tilia alia vna
secundo via penes rubetum per dumetum vsq vulgariter Dobrzcik, qui dobrzak
surgit à parte Joannis vsq ad verticem eius vbi stat arbor dicta Grab a pre-
dicta arbore ad magnam tiliam, que stat in vertice montis cum viuulis di-
ctis kopcze Athia eadem vsq per kirowadebrz vsq ad quercus retro
vias signatas que stant in merica in rectitudine ad duas tilias, vna
que stat in riuulo, et alia in ripa penes fluuium dictum Brzesnica
qui fluuius diuidit granicies cum Pogwizdow vsq ad Gaianowska, vbi
stant duo pomica vulgariter Jablone ex vtraq parte vie in quibus
pomicis due cruces sunt excise à pomicis predictus vsq ad arborem
dictam Gyra à predicta arbore ad quercum que stat inter duas vi-
as ex opposito campi dicti in vulgo Jablonka vsq ad angulum campi pre-
dicti signatum vulgariter kopcz ab angulo predicto vsq ad exitum vie
dicte Wawoz rectè per dumetum vulgariter dobrz dictum ad pristinum lo-
cum dictum piaszczena eundo. Cum equibus dictis Przymierki
ipse Albertus et sui Successores legittimi Monrio Pinecen quolibet Anno in
Festo S. Martini viginti scottos communis pecunie de dicta tertia por-
tione soluere tenebuntur. Quam quidem portionem ipse Albertus et sui
Successores legittimi habebunt possidebunt temporibus eviternis. Quare
sit licitum predicto Alberto et ipsius posteris tertiam portionem su-
pe nominatam, sic vt predicitur diuisa tenere, habere possidere, regere, gu-
bernare, pacifice et quietè temporibus perpetuis donare, alienare,
obligare, et ad vsus suos beneplacitos et suorum Successorum legittimorum
conuertere prout sibi et ipsius posteris melius et vtilius videbitur
expediri. Jn quam tamen personam Dnus Abbas vna cum suo conuentu
dederit consensum. Jn quorum omnium testimonium pns scriptum si-
gillo nro Judiciali duximus roborandum. Datum et actum in Monrio
Pinecen feria secunda proxima post vndecim millia Virginum Prntibus
his testibus Dominis et Fribus dicti Monrij Pinecen Joanne Priore,
Andrea Custode, Joanne Clauigero, Nobili Przybkone fratre Dni Ab-
batis Pinecen Nicolao Judice de Lapczyca et alijs quam plurimis
fide dignis. Sub Anno Dni Millmo Quadringentissimo Prigesimo primo.

## Commissio et inhibitio contra Plebanum in Lapczyca et in Panczyn et contra quosdam laicos

Rainaldus miseracione Diuina Sancti Viti in macello, Sacrosancte Romane Eccle Diaconus Cardinalis de Branchacijs vulgariter nuncupatus Iudex et Commissarius cause et partibus infrascriptis a Dño nro Papa specialr deputatus Vniuersis et singulis Dnis Abbatibus Prioribus, Prepositis Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Thesaurarijs, Cantoribus, Sacristis, Succentoribus tam Cathedralium quā Collegiatarum Canonicis, Parochialium Eccliarum Rectoribus, et locatenen, eorundem Plebanis, Viceplebanis, Capellanis curatis et non curatis ceterisq Vicarijs ac alijs spūlibus clericis Notarijs Tabellionibus, publicis quibuscunq per Ciuitates et Dioc Prat et alis vbilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ad quem vel ad quos presentes nre trē peruenerint Salutem in Dño et mandatis mris hmoi humiliter obedire. Noueritis quod nuper Sanctissimus in Xpo Pr et Dnus nr Dnus Martinus Diuina prouidentia Papa Quintus quandam Comissionis seu supplicon cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus tenorē qui sequitur continen. Beatissime Pater als Rndissimus in Xpo Pr et Dnus Cardinalis de Dramchatijs ad instantiā Abbatis et Conuentus Monrij Pinecen Ordinis S. Benedicti Cracovien Dioc certos fideles aggrauant et reaggrauant prosten spoliationē certorum bonorū mobilium et immobiliū prout in processibus desuper fulminatis cōtinetur plenius. Quiquidem laici Abbatem et Conuentum predictos cora nonnullis iudicibus secularibus et foro vetito traxerunt in causam in preiudicium Abbatis et Conuentus preiudicium non modicū damnum et grauamen. Petunt igitur idem Abbas et Conuentus vt s. v. dignetur mandatum ipsi Dño Cardinali, quatenus omnibus et singulis Judicibus secularibus quibuscunq sub excomūn pena et aliarum censurarū Ecclesiasticarum penis inhibeat et cum effectu citandi quosdam Martinum in Tapczyca Martinum in Pranczyn Parochialium Eccliarum Rectores Joannem Sareden de Panczyn et Andreā de Lenczа laicos Cracovien Dioc ac omnes et singulos alios in vitium spolii hmoi succeden et in excomunicationis nominandos in Romana curia exst et ad partes toties quoties fuerit opportunum. Constitutionibus Aplicis stilo palam et alijs in contrarium facien non obstan quibuscunq. In fine vero dicte Commissionis siue Supplicon cedula scripta erant de alterius manu hra ~~de alterius~~ superioris hra ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diuersa hac verba

hæc verba videlicet. De mandato Dñi nri Papæ audiat idem Rndissimus
Pr Dñus Cardinalis citet et inhibeat si et prout de iure. Post cuius-
quidem Commissionis siue supplicõ cedulæ presentationem et receptionem
nobis et per nos vt præmittitur factas fuimus pro parte Nobilium virorum
Dnorum Abbatis et Conuentus Monñ Pinecen principalium in supradicta
nobis facta et presentata commissione principaliter descriptorum cum instan-
tia debita requisiti, quatenus sibi Cittationem legitimã vnacum inhibitione ex
Romana curia et ad partes coñes et aduersus Nobiles viros Dños Martinum in Ta-
gezyca, Martinum in Panczyn Ecclarum Rectores, ac Joannem heredem in
Panczyn et Andreã de Lencza laicos dicte Gneznen Dñe ex aduerso principa-
les in eadem cõmissione ex aduerso principaliter nominatos. Omnesq; alios et
singulos in vitium spolii, de quo in suprascripta cõmissione fit mentio suc-
cedẽs et in executione cittonis hmoi in partibus nominandis iuxta pre-
inserta cõmissionis vim, formam et tenorem in forma solita et consueta decer-
nere et concedere dignaremur. Nos igitur Raynaldus Cardinalis Iudex et
Cõmissarius prefatus attendẽs requisitionẽ hmoi fore iustam et consonam ra-
tioni, volentesq; in causa et causis hmoi ritè et legittimè procedere, ac
partibus ipsis dante Dño iustitiam ministrare vt tenemur, auctore Aplica
nobis in hac parte cõmissa vos omnes et singulos supradictos, et vtrum quem-
libet tenore pñtium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et pe-
remptorie, vobisq; nihilominus et vtrum cuilibet in virtute S. obedientiæ
et sub excõmõ pœna, quam in vos et vtrum quemlibet si ea, quæ vobis in
hac parte cõmittimus et mandamus neglexeritis seu distuleritis contume-
citer adimplere canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis di-
strictè præcipiendo, mandan quatus infra sex dierum spatium post præ-
sentationem seu notificõnem pñtium vobis aut alt vtrum factam immediatè
sequen et postquam pro parte præfatorum Dnorum Abbatis et Conuentus Mo-
nñ Pinecen principaliũ fueritis requisiti, seu alt vtrum fuerit requisitus. Ita
tamen quod in his exequendis vnus vtrum alterũ non expectet, nec vnus per
alium se excuset. Quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, et re-
liquos duos dies vobis vtrumq; et singulis supradictis pro tertio et pere-
ptorio termino ac monitione canonica præfigimus. et assignamus præfatos
Dños Martinum in Tagezyca, Martinum in Pranczyn Rectores Eccl̃arum, Joan-
nem heredem in Panczyn et Andream de Lenczа ex aduerso principales omnesq;
alios et singulos in vitium spolij supradicti succedẽs et in executione cittonis
hmoi vobis in partibus nominandis in eorum propriis personis, seu quorum-
præsentias cõmode habere poteritis. Alioquin in hospitijs habitationũ
suarum, si ad ea tutus pateat accessus, et in parochiale seu parochia-

libus

libus sub qua vel sub quibus degunt et morantur Sinant in Cathedrali Pracoñ
et aliis parochiali seu parochialibus Eccliis aliisque Eccliis et locis publicis infra Miss-
sarum solemnia dum ibidem populi multitudo ad Diuina audienda aut alis congre-
gata fuerit vbi quando et quoties expediens fuerit et pra parte Dnorum prefatorñ
Abbatis et Conuentus principalium super hoc fueritis requisiti seu alter vrum fu-
erit requisitus Sta quod sit verisimile. cittonem hmoi ad ipsorum cittandorum
notitiam peruenieñ ne de premissis et infrascriptis aliquam ignorantiam pre-
tendere valeant seu quomodolibet allegare ex parte nra promouemus Aplica
publice alta et intelligibili voce peremptorie citare curetis quos nos etiam et
eorum quemlibet tenore pntium sic cittamus. Quatenus sexagesima die
post cittonem vram hmoi per vos vel alterum vrum eis factis imediate seguen
si dies ipsa sexagesime iudica fuerit, et nos et alius loco nri forsan surrogan-
dus Judex et Commissarius si quem interim surrogari contigerit pro tribuñ se-
derimus vel sederit. Alioquin prima die iuridica extunc imediate sequeñ
qua nos vel predictum forsan Judicem et Commissarñ Rome vel alibi vbi tunc
forsan dictus Dñus nr Papa cum sua curia residebit ad iura reddendum et
causas audiend pro tribuñ sedere contigerit. Compareant in Judicio
coram legittime nobis vel predicto forsan Judice et Commissario surrogando
pro se vel procuratorem vel procuratores suos idoneum vel idoneos ad causa
seu causas hmoi sufficient instructos cum omnibus et singulis actis actitatis
scriptis, instrumentis, priuilegiis processibus, iuribus et munimentis suis
ad causa seu causas hmoi facieñ seu cauñ vel cauñ quomodolibet concernen
prefatis Dnis Abbati et Conuentui Montis Cineren principalibus, aut e-
orum procurator legittimo pro eis de omnibus et singulis in suprascripta
comissione contentis et iustitia responsion ac in causa et in causis hmoi ad
omnes et singulos actus gradatim et successione vsq ad definitiuam Sen-
tentiam inclusiue debitis et consuetis terminis et dilationibus procedeñ-
tibus vt est moris processum procedeñ visum alijsq actis, factis auditu-
ris, et recepturis id quod iustum fuerit et ordo dictauerit rationis. Certificamus
nihilominus eosdem cittatos quod sive in dicto cittonis termino vt premissum est
compietere curauerint sive non. Nos nihilominus aut dictus forsan loco nri Ju-
dex et Comissarius surrogandi ad partes coram nobis comparent instantiam
in causa et causis huiusmodi ad vlteriora prout iustum fuerit procedemq
seu procedet dictorñ cittatorñ absentia seu contumacia in aliquo non obstante
Est insuper arceden quod causa huiusmodi coram nobis indecisa pendeñ
nihil sit in partibus innouandis seu attemptandis vobis omnibus et singu-
lis supradictis quibus pntes nra lra dignetur eadem autote Aplica

tenore

tenore p̃rn̄tium committimus et mandamus. Quatenus post ligittimam p̃fate cõtionis
executionem p̃fatis in Vero Pribus Dñis Archiepo Gneznen et Epo Cracovien eorum
et cuiuslibet ipsorum in spiritualibus et temporalibus Vicarijs et Officialibus
generalibus ac vniuersis et singulis Judicibus et Subiudicibus secularibus Pala-
tinis, Armigeris Capitaneis, Castellanis, Scultetis, Aduocatis, et Marschalcis cete-
risq; iudicibus officialibus Cõmissarijs delegatis, subdelegatis ordinarijs extra-
ordinarijs quacunq; auctore fungen et eorum cuilibet in solidum. Notrio p̃fa-
tus Martino in Lapczyca, Martino in Pranczyn parochialiũ Ecclarum Re-
ctoribus Joanni Saredi in Panczyn et Andree de Lenza ac alijs laicis exaduerso
principalibus supradictis omnibusq; alijs et singulis quorum interest seu in-
teresse potent quolibet in futurum quibuscunq; nominibus censeantur de qui-
bus pro parte dictorũ Dnorum Abbas et Conuentus Monij Pinecen principalium
vigore p̃sentium super hoc fuerit requisiti seu alter vrum requisitus. Inhi-
beatis quibus nos etiam tenore inhibemus ne ipsi seu eorum alter in causa
hmõi Inquisitionis nrã hmoi, imo verius ac litis pendiũ vilipendiũ et contem-
ptum ac decorũ Dnorum Abbatis et Conuentus principalium p̃iudiciũ lite
huiusmodi indecisa pendẽ quidquam per se vel alium seu alios publi-
ce vel occulte directe vel indirecte quouis quasito colore attempto vel me-
nãe ḡsumat seu p̃sumat. Quod si secus factum fuerit id totum reuo a-
re et in statũ pristinũ reducere curabimus iustitia mediante. Die ve-
ro siue dies cõtionis et inhibitionis vrarum hmoi atq; forma et quidq̃
in p̃missis dixeritis faciendum nobis per vras patentes hras aut in-
strumentum publicũ harum seriem seu designationem in se continẽ seu
continens remissis p̃sentibus fideliter intimat curetis. Absolutio-
nem vero omnium et singulorum, qui p̃fatam excõmunem vnam per
nos latam incurrerint quoquo modo nobis vel superiori modo timen-
di reseruamus. In quorum omnium et singulorũ fidem et testimonium
p̃missorum p̃sentes ~~vras~~ hras seu p̃sens publicum instrumentum hmoi
nras Cõtionem et Inhibitionem in se continẽ siue continens exinde
fieri et per Notarium publicum nrumq; et hmoi cau coram nobis Scribam
infrascriptum subscripsi et publicari mandauimus, nostriq; sigilli iussimq;
appensione communiri. Datum et Actum Roma in domibus nrã solita
residentia sitis apud Sctam Mariam in Transtiberim Sub Anno
à Natiuitatis Dñi Millesimo Quadringentesimo Vigesimo
sexto, Indictione quarta die vero mensis Julij
Pontificatus

Pontificatus prefati Dñi nñi Dñi Martini Diuina prouidentia Pape Quinti Anno nono Presentibus ibidem Rndo Pre Dño Bartholomeo Abbate Monrij B. Marie extra muros Rauenatem ac Vrbli Dño Antonio Zanchankone Canonico Ecclie Auerſan testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Petrus Schoeme de Goch Clicus Colonien Diœc publicus Aplica et Imperiali auctie Notarius ac Rmi in Xpo Pris et Dñi Dñi Raymaldi Cardinalis prefati Secretar et hmõi cause coram eo Scriba. Quia predicta Cessiõis vna cum Inhibitione petitor eiusq decreto, Omnibusq alijs ac singulis premissis dum sic vt premittitur fierent et agerent vna cum prenominatis testibus prñs fui eaq sic fieri vidi audiui Ideo hoc prñs publicũ instrumentũ per alium fideliter scriptum subscripsi, publicaui et in hãc publicã formam redegi signoq et nomine meis solitis et consuetis, vna cum dicti Dñi Cardinalis Sigilli appensione signaui rogatus et requisitus in fidem ac testimonium omnium ac singulorum premissorum.

---

# Priuilegium super cuiusdam sortis hæreditariæ venditæ et resignatæ coram Abbate in villa Lapczyca sub Sig. II.

In nomine Dñi Amen. Nos Nicolaus patientia Diuina Abbas, Lucas, Subprior, Stanislaus, Custos, Matthias, Clauiger, Nicolaus Konopka, Joannes Organista, Nicolaus Slowika, Joannes Infirmarius, totusq Conuentus Ordinis Sancti Benedicti Cracouien Diœc Monasterij Pinecen notũ facimus quibus expedit vniuersis prñtium notitiam habituris. Quod ad nrãm accedens prñtiam Daniel dictus Gnuther Ciuis Cracouien partem hereditatis cum area agris, pratis, fluuiis, pascuis, montibus, syluis ac vtilitatibus vniuersis appellatis quondam Nitussii quicquid predictus Daniel possidebat in hereditate nra villa dicta Lapczyca cum omnibus iuribus, et pertinentijs vniuersis quæ adipisci dictum Nitussium pertinebant resignauit Honesto viro Dño Joanni Parcossii Prebendario Capellæ Scti Joannis Bapti

Hzl

Stæ Ciuitatis Crac. pro viginti Marcis grossorum monetæ et numeri Regni Poloniæ. Quamquidem resignonem nos ratam et gratam habentes partem hæreditatis predictæ præfato Dño Joanni cum pertinentijs et iuribus predictis contulimus et contulimus per præsentes idem predictus Daniel pro impedimentis stare et cauere predicto Dño Johanni nullum ius terrestre conseruari consuetum. In quorum omnium testimonium et euidentiam plenioremq; præmissorum Priuilegii litter per Notarium publicum infrascriptum scribi et publicari ac sigillorum nrorum appensionibus fecimus roborari. Actum et Datum in Morino nro predicto Pinecen in stuba murata præfati et Vrbis Dni Abbatis. Anno Dni Millmo Quadringentesimo Quinto. Indictione octaua Pontificatus Sanctissimi in Xto Pris et Dni Dni nri Innocentij Diuina prouidentia Papæ Septimi. Anno Primo die vigesima Mensis Februarij hora vigesima prima vel 4. Presentibus discretis viris Climkone de Lapczyca Marchone Petri de Pilzna, Scorcio Matthia de Opeczyce et alijs quam plurimis fide dignis testibus ad præmissa rogatis specialiter et vocatis.

Et ego Przybislaus olim Benedicti de Crumlow Clericus Innigate Pragen Dioc. Publicus Imperiali authore Notarius predictis resignationem ratificationi collationi ac alijs et singulis præmissis dum sic vt præmittitur agerentur et fierent vna cum testibus prænominatis præsens interfui, eaq; omnia sic fieri vidi et audiui sed quia alijs arduis occupatus præs Priuilegium per alium legaliter scribi procurani manuq; propria mea me subscribens in hanc publicam formam redegi signoq; et nomine meis solitis consignaui, sigillis quoq; predictorum Dnorum Abbatis et Conuentus subappensione rogatus et specialiter requisitus in fidem et testimonium omnium præmissorum.

---

# Priuilegium Emptionis Scultetiæ in Łapczyca sub Sig. PP.

Nos Georgius Kierzyngel Aduocatus Prouincialis Castri Cracouien,

Nec pro subsistentia Decreti Iudicij a Quo, ratio militat, quod Actor nunc Appellatus, pretenso possessorio Redintegranda, ad Visitandum Ecclesiam Tuchoviensem, et illig Capellas, coram illo Iudicio processerit. Quia dato non tamen concesso, quod de hac possessione Visitandi, Dnus Actor, nunc Appellatus fuerit devectus, siue spoliatus possessione pretensa Visitandi, forg Iudicij a Quo non erat competens Suis Principibus seu Dño Proposito, ita Cardinal. in Clem. fin. §. fin. quem citat et sequitur Anton. Naldus qq. practic. verb. Exemptio Nº. 4. qua Cardinalis Sententia iuuatur ex Sacra Rota decis. in Nullius seu Aprutina Diœcesis Lunæ 26 Martij 1624. coram Dunozeto apud Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. registrata N. in cuius Nº. 14 dicitur. Iurisdictionem Episcopi non probari ex locis per ipsum Visitatis. Et si quæ Visitationes, circa Ecclesiam in Tuchow, Vtili Monasterio Tynecensi incorporatam, atq de eiusdem patronatu, ac omnimoda Iurisdictione existentem, quæ per Reos Præpositos de dicto Monasterio, per electionem deputatos ab Anno 1456 ducentis quadraginta Annis et supra, continuo regitur, fuisse obseruatas, pro Dño Appellato scribens, in octaua sua ratione dicat, aliquos Acta Visitationum producendo. adhuc tamen non concludit, istam Ecclesiam, suosq Principales, siue Dnum Præpositum, fuisse ac esse, de Iurisdictione Ordinarij Diœcesis Cracouien. eisdem Visitationibus, pro Dño Appellato productis, diligenter perspectis, non tamen probantibus in Exemptis, Visitationes istas fuisse factas, Authte Ordinariâ, seu Delegatâ Vigore Concilij Tridentini, Cuius initium in Anno 1545 die 13 Mensis Xbris celebrati Indicti sub Paulo III Anno 1542 XI Kalend. Junij Sumptum fuit, finis uero habetur sub Pio IV Summis Pontificibus, ipsius Concilium in Anno 1563 VII Kalend. Februarij confirmante. Atq, quod huiusmodi Visitationes præsumantur factæ Vi Concilij Tridentini, in antehac alijs, pro parte Appellata non visis, neq productis, habetur decisum in Aquilana Iurisdictionis Veneris 30 Martij 1607. coram Pamphilio. quam decisionem per extensum refert Marchesanus Omniss. part. 1. de comm. app. in poss. Salu. §. 1. Nº. 33. fol. 980. citatam etiam in alia Theatina Iurisdictionis de Atessa Lunæ 17 Xbris 1612, coram Coccino Decano, quæ decisio apud Tamburin. loc. Supr. citatus habetur 57. in cuius Nº. 8 dicitur. Visitationes, quæ non docentur factæ, ante Concilium, præsumuntur factæ Vigore Concilij. idem habetur in Aprutina Iurisdictionis, Lunæ 17 Martij 1607, et est apud Postium de manutenend. decis. 598 Nº. 6. in cuius decisionis Nº. 9. assumptum pro Iurisdictione Ordinarij, quoad exemptas Ecclesias, non extendenda, dicitur. et super eo assumpto, stat decisio 313. Nº. 14. part. 9. recent. tom. 1. Vbi dicitur, Visitationem Episcopi factam iure Delegato, Ecclesiam esse illi subiectam, non probare. Quo supposito, Visitationis Delegatæ, stante, Visitatione autem, circa Ecclesiam Tuchouien. iure ordinario, in alijs Ecclesijs Sæcularibus, non verò Exemptorum Episcopo competenti, ab hac Ecclesia Tuchouiensi, etiam per agnitionem, pro Dño Appellato scribentis, (ut legitur in ipsius ratione 1ma et cæteris) exclusa, habita. Non potuit, nec debuit, Iudicium a Quo, fines suæ delegationis egredi. c. Cum olim. ubi Innoc. Nº. 2. et Abb. Nº. 3. X. de offic. delegat. Reum Dnum Præpositum, ad

Suum

Suum Judicium citando, super Per Illustri Dño Appellato dato impedimento, de non visi-
tando Ecclesiam Tuchouien, siue illig Capellam, de qua in processu, et contra Ipsum
Dnum Præpositum, ~~ad Suum Judicium citando~~ in respondendo, ut asseritur, contumacem
Appellationem, a Decreto fori Judicis, quo ad exemptos incompetentis, pro competenti adiu-
uenti, ad Tribunal præsens interpositam, ad censurarum extensionem procedere. Quippe
Jurisdictio Delegata ad unum finem, non debet extendi ad aliud, ita Emmus de Luca
in Annotatt ad S. Concil. Trident. disc. 26. Nº 25.

Neq obstat, quod is idem Emmg de Luca de Iurisdict. et for: competen. SS. firmauerit disc.
17. Nº 2. Videlicet ad concessam Jurisdictionem seu Prædominentiam, censeri concessa, ea
omnia, sine quibg Jurisdictionis concessio, effectum Suum habere non potest, nam ut ipse
Emmus de Luca eod. disc. Nº 5. ex Barbosa. de Offic. et potest. Epi. allegat. 14. Nº 4. refert.
Episcopi Jurisdictionem haberi restrictam, ad solum tempus Visitationis, nec eadem proten-
ditur, nisi ad ea, quæ illam, eigg, obseruantiam concernunt. Vbi concludit Episcopum non
posse se ingerere, in causis ordinarie seu accidentaliter occurrentibg, extra Visitationem
seu ipsig Visitationis Decretorum obseruantiam, prout nunc Sumg in casu asserti impedi
menti, de non Visitanda Capella Tuchouiensi Exemptorum, in quo casu Per Illris Dnig Actor,
nunc Appellatus, si et quateng ipsi assistit facultas Visitandi Ecclesiam Tuchouien et ipsig
Capellas, ad Superiores Retsi Dñi Prælati, qui ipsum ad parendum, prout de iure cogerent,
et non parentem punirent, recursum facere debuit. iuxt. Cardinalis et Naldi Sup citatt.
Sententiam. Propterea, ubi Secg factum est, et Jurisdictionem Ordinariam, Exemptis
non competentem, in eosdem Exemptos atq, in Judicio contentioso, dum extendi videmq,
locus est appellationi, imo de processg Judicij a Quo nullitate, ex defectu Jurisdictionis, di-
cendi. Quod argumentum à fortiori procedit, in terminis c. In Singulis X. de Stat Mo-
nach. quod innouat Concil. Trident. Sess. 25. de Regular. cap. 8. iuxta quod c. In Singulis.
Franc. Zypæus in Suorum responsorum, de iure canonic. lib. 4. tit. de maior. et obedien.
infert, Visitatorem, non necessario Comitem habere Jurisdictionem, uel executionem, ubi,
quæ corrigenda inuenerit, denunciare iubetur, Episcopo, et respectiue Abbati seu Superi-
ori, ut illi exequantur, Ipse vero Visitator, exequi inuenta prohibetur, hoc seruari ipse
Zypæus dixit in exempto Ordine S. Saluatoris, ad illig cap. 20. Sed non absimile alle-
gauit quog, obseruari, ex præscripto Concil. Trident. Sess. 21. de reform. cap. 8. et Sess.
25 de regul. cap. 20. idem disponitg in Constit Leonis X. in ordine 20. quæ incipit. Dum
intra eigdem §. 3. relata apud Laur. de Peyrinis. Priuil. Regular. tom. 3. editionis
2da fol. 191. et Seq. idem docet Abbas uic. Cum contingat. Nº 22. de for. competen.
Henrig. lib. 2. de Indulg. cap. 25. qui in comm. sitera X. multos citat, et ait, ita fu-
isse declaratum à Sa Congregat. Videlicet, Regularem curam Animarum exercentem,
ac repertum deliquisse, ipsum, ab Episcopo non puniri debere; Sed puniendum, iuxta
propriæ Constitutiones, tradere Suo Prælato. Sui Prælato, et non Episcopo, obligatg est
quinque titulis, videlicet ex Voto, promissione, traditione, et Jurisdictione Ecclastica,
nec non ex potestate politica, de quibg Suar. tom. 3. de Relig. libr. 10. cap. 6. Nº 6. et
cap. 11. Nº 17. ubi dicit etiam excluso Exemptionis Priuilegio, Regularem, non Episcopo

Sed Abbati obedire debere. Si itaq; executio, ut dictum est in visitatione inuentorum, non residet circa Visitatorem, sed Superiorem Visitati, multoming Iudicium contentiosū ipsi competere debet, attentis Exemptorum Priuilegijs, et in ijsdem Visitandis, duntaxat Delegata Authte, non uerò alia habita. Et hanc Iurisdictionem Ordinariam siue contentiosam in Exemptos exercere Episcopum non posse, sine incursu censurarum appositarum, contra violantes exemptiones, docet Hiacynth. Laymon prax. Regul. tom. 3. tract. 6. quæst. 37. Nº 1. Vbi Nº 2. hoc procedere dicit, etiamsi prætendatur exercer prætexta consuetudinis, nisi prig causa cognita et discussa in Sacra Congregatione. Et super hac Regularium exemptione à foro Ordinariorum, etiam in causis in. c. Volentes de Priuileg. in 6. comprehensis, innouato in Concil. Trident. Sess. 7. de reformat. cap. 14. declarationes Congregationis Concilij, fauore Regularium prodierunt, quas confirmauit Paulus V. in sua Constitut. quæ incipit Religiosorum sub suauiss. sub Datum Romæ apud S. Marcum die 24 Mensis Augusti 1607. quam de tenore suo refe, runt. Anton. Nalog quæst. practic. Verb. Religiosus fol. 50 et Zerolla post prax. Episc. in Mantyssa Apostolicarum Constitutt fol. 229.

Hinc, et ex præmissis adductis, loca Sacri Concilij Trident. in rationibg 1ma 2da 3tia 5ta et 6ta pro Per Illustri Dño Appellato exaduerso allegata, indebitè, nec aptè exterduntur ad forum contentiosum, et pro fori Iudicij a Quo competentia, quo ad Exemptos, ab eodem foro, adinuenienda. puniendisq; suis Principalibg, seu Adm Reldo Dño Præposito Tuchouiensi, in foro illi exotico, ex causa impedimenti, de non visitanda Ecclesia Tuchouiensi, siue Capella, de qua in processu eidem Dño Appellato dati. A Separatis quippe, quorum est diuersa ratio, non infertur de Uno, ad aliud. l. fin. et ibi not. Bart. ff. de calum. et l. atq; natales C. de probat. Veluti est Parochialis Tuchouiensis, quam Regulares Professi Monasterij Tynecensis regunt, et illius Capellæ; sunt in Diœcesi Cracouiensi, ergo quoq; sunt, et respectiue est de Diœcesi, non sequitur Vt quia, hæc sunt in Exemptis diuersa, ita Abb. in. c. Apostolica Nº 3. de donat. Felin. in c. graue col. 5. de priuileg. quos et Petr. de Ubald. citat et sequitur. Rot. decis. 207 sub Nº 2. part. 2 diuers. quæ Rotæ decisio confirmatur in alia Calagurritana Iurisdictionis 16 Januarij 1604. coram Regna Decano, atq; in eadem 16 Junij 1606 coram Ortembergo. Cum itaq; Monasterium Tynecense, illiq; Membra, inter quæ habetur Ecclesia Tuchouiensis, atq; illius Capellæ, non sunt, neq; est, de Diœcesi Cracouiensi, id est, non sunt, neq; est, de foro Iudicij illig a Quo, propterea eiusdem Iudicij a Quo Decretum, ex defectu Iurisdictionis, ipso iure nullum, de medio tollendum est.

2dam Iudicium a Quo, interuentionem Suorum Principalium, Venerabilisq; Monasterij Tynecensis, pro suis Juribg, quæ habet in Ecclesia Tuchouien eiusdemq; Capellis, nec non supra Relsos et Adm Rndum illig Ecclesiæ Præpositum, Professum et Professos dicti Monasterij, Nomine, in causa præsenti ritè factam, reijciendo, plurimum gra, uauit Suos Principales et eorum Monasterium in illius Juribus. Id circo ipsum Decretum, si aliquod dici potest, ab non habente Iurisdictionem latum, appellabile est.

Atq; eorum

Atq; eorum Nomine appellatio ad Tribunal præsens interposita, admissibilis est, ad quam interponendam et admittendam, sufficiebat ysdem Suis Prinplibus Interuenientibq, quale quale præiudicium, ita Scacc. de appell. ex et cum ibidem citatt. quæst. 5. Nº 71. cum Suis extensionibq signanter Nº 73. Multomagis dum ysdem Suis Prinplibq, certum, verum, per Religiosi Patris Præpositi Tuchowien euocationem, ad Iudicium ipsi incompetens, ex parte Per Illris Dni Appellati, originaliter Actoris factam; Iudicioq, a Quo, ad respectum eigdem Dni Præpositi, ex causa impedimenti Visitationi dati, non obstante declinatoria fori illig, opposita et probata, pro competenti deuiuento, graue et magnum præiudicium Venerabili Monasterio Tynecensi paratum est, in capitibq sequentibq. Imo Quia æquè interest Patri, filium; Domino, Seruum; Sicut, Abbati, Monachum; in Iudicium Vocatum, et generaliter ubiq, defendere: nec respectiue filius, sine Patre; Seruus, sine Domino, Monachus, sine Abbate; tam Actiuè, quam passiuè in Iudicio comparere, seu ad illud vocari potest. Quam defensionem, Iudicium a Quo, pro Reuso Præposito Tuchowien Vnbli Monasterio Tynecen interdicendo, illud, Suo Professo in Votis et obedientia priuauit, adstringendo eundem Dnum Præpositum, ut pareat Suæ Iurisdictioni, Decreto Suo interlocutorio. Quod autem filij defensio, incumbat Patri, imo ad hanc illi præstandam Pater cogendus Venit. habetur in l. fin. C. de Bon. qua liber. et eundem Patrem pro filio appellare posse, Scribit Ruginell. tract. de appel. §. 2. cap. 1. Nº 73. quem citat Scacc. eod. tract. quæst. 5. Nº 63. filiq uerò in Iudicio etiam pro Patre ipso præsente stare, non potest. l. cum non Solum §. 1. C. de Bon. qua liber. docetq; Petr. Barbos. ad l. Si longius §. Si filiq famil. Nº 5. ff. de iudic. Neq; potest constituere Procuratorem, siquidem exercitium Suarum Actionum, ad Patrem pertineat l. 1. in fi. ff. de annal. except. Idem statuitur, et quidem fortius, de Seruo, cui etiam pro iniuria eidem facta, nulla actio competit Suo Nomine, reputaturq; in iure Cæteris, pro mortuo, iuxt. Petr. Barbos. loc. prox. citatt. Nº 82 et Seq. Cuius æquiparari Monachum, prout utilig esse potest Monasterio, Scribit Barth. Socin. in l. 1. §. per Seruum Nº 11 et 12. ff. de acquir. uel amitt. posses. Innocen. in c. cum olim de priuil. Guerar. in Sua topica in loc. a Seruo ad Monachum Nº 1. et Sequ. ubi Nº 4. concludit. Actionem contra Seruum, aut Monachum delinquentes, non esse intentandam, sed contra Dominum, et Prælatum seu Abbatem, contra cuiq Guerardi distinctionem in Nº 5. datam, dicitur; quod coram Abbate, habente Iurisdictionem Episcopalem, aduersq Monachum criminaliter esse procedendum, usq; ad pœnam degradationis, quam Abbas imponere, licet non exequi potest. ita habetur decisum in Rota Burgen. Iurisdictionis S. Joannis in Venere. 6 Martij 1598. coram Pamphilio, cuiq decisio refertur apud Tamburin. de iur. Abbatum in Ordine 44. Nº eigdem 9. et hanc Iurisdictionem tangit competere Abbatibq, non Episcopis. Joan. de Lig. in Clement. ne in agro de Statu Regular. Debebat utiq; Intitle Monasterium Tynecense, pro Dno Præposito Tuchowensi Interueniens, coram Iudicio à Quo audiri, ex præmissis adductis, quibq iungitur Authoritas Farinac. lib. 4. criminal. quæst. 125. tit. 14. de homicid. part. 5. Nº 321. et eigdem Monasterij Nomine Appellatio ad Tribunal Pens Apostolicum interposita, admittenda est. Scacc. loc. quib. Sup. Nº 63. Vers. Confirmat secundo. Quæ auditio, siue defensio utilis et necessaria fuit Intitli Monasterio Tynecensi

ad recognoscendum Dominum Præpositum, Vti Suum, ex mutua obligatione: atq; ut et ipse Dnus Præpositg, potestati Vnbtis Monasterij Tynecen dominatiuè per abnegationem Suæ Voluntatis illiusq; in Abbatem, et dictum Monasterium translationem, absolutè subiectg, sub alieno Iudicio, non quærat Suum Velle et nolle, quibg semel priuatus est, c. Nolo. c. Non dicatis. 12. quæst. 1. c. Nerui 13. distinc. c. Nullus, de elect. in 6. Sed in hac potestate dominatiua, et altera Iurisdictionis, recognoscat se esse, omnimodè subiectum dicto Monasterio. Nec refert, Dnum Præpositum Tuchouiensem, tenere quoq; per Sui Electionem, et confirmationem, ad complendum triennium, ystig Monasterij Tynecensis Prioratum in quo residet, Abbatis, pro tempore Commendati istig Monasterij, tota Iurisdictio. Sylvester in Sua Summa, Verb. Prælatg Nº 2. et alij, quos citat et sequitur Pambirin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 1. quæsito 4. Nº 5. ac propterea Per. Illrem Dnum Appellatum, coram eodem Dno Præposito, nunc et Simul Priore, in casu præsenti, non potuisse agere, ad iustitiam ex eodem Dno Præposito consequendum, quia adhuc supra eundem Dnum Præpositum, sunt in eodem Monasterio Decani, est Definitorium, et insuper totum Capitulum, ad quod etiam recurritur ab Abbate, excessiuè Monachum corrigente, ita Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 26. Nº 14. Non refert 2do quia Dnus Præpositus, Siue Prior, et totum Monasterium Tynecense, illiusq; Membra, reguntur ab Illustrissimis et Reuerendis Dnis Nuncijs Apostolicis, in Polonia residentibg, non tantum ex Vi Iuris communis, sed etiam ex Vi Specialis Commendæ istig Monasterij in Spiritualibg, pro eo tempore Commendatæ Abbatiæ Monasterij Tynecensis, ad quem Illrmum ac Reuerendum Dnum Nunciium feliciter modernum, si non ad Decanos, et Capitulum prædicti Monasterij, Per Illustris Dnus Appellatus, pro iustitia in casu præsenti administranda recurrere debuit, non autem iura, priuilegia, et Iurisdictionem Monasterij Tynecen, per euocationem Dni Præpositi, ad forum illi incompetens, violare. Et Ordinarig seu Iudicium a Quo, in commissa Super Regulares, Illrmo Dno Nuncio Apostolico, se ingerere non potuit neq; potest. ita Emmus de Luca de Regularib. disc. 1. Nº 32.

2do. Iudicium a Quo, grauauit Monasterium Tynecense; faciendo, ab omni eigdem Monasterij Iurisdictione, eximi Dnum Præpositum, et alios Relsos, circa Ecclesiam Tuchouien, de licentia Suorum Superiorum residentes, et eosdem subijci Per Illri Actori, etiam quo ad internam Visitationem, dum uigore eigdem Per Illris Actoris, nunc Appellati petita, iniunxit Præposito citato, in Vtriusq; Visitationis directam responsionem, quam internam, Siue personalem Visitationem, Episcopis, quo ad Regulares fuisse commissam, nusquam inuenimg. Non imo hæc inuenitur in Concilio Trident. Sess. 7. de reform. cap. 8. ab aduerso Scribente citato, quod presse loquitur, Ordinarios tanquam Delegatos teneri Visitare Ecclesias, quomodocung exemptas, quo ad curam Animarum, ne debitis Officijs defraudentur; nihil autem disponit de interna Visitatione

Regularium

Regularium, imo etiam Exemptorum Ecclesias in quibg Cura Animarum per Regulares Sacerdotes exercetur, Visitare Episcopis permissum haberi Sa Congregat. Concilij ad Supra citatum locum Nº 1. et 2. negauit, iuxta tritam Regulam, quod inclusio Vnig, infert exclusionem alterig l. cum Prætor in princ. ff. de iudic. l. Maritus de procur. Actusq, restrictus ad unum tantum modum, non Valet alio modo, Rotæ decis. 306. Nº 29. part. 1. diuers. Et idem declarat Sa Congregat Concil. ad eigdem cap. 9. Sess. 24. de reformat. Nº 3. ac passim in cæteris locis, eiusdem Concilij Trident. Neq, hoc ipsum dispositum habetur, in eigdem Concil. Sess. 21. de reform. cap. 8. ab aduerso in ratione 2da citatt, in quo, apertè Visitatio Regularium interna, Episcopis tanquam Delegatis prohibetur, in Versu. Et si in eis Vigeret obseruantia Regularis, prouideant Episcopi Paternis admonitio, nibg, Vt eorum Regularium Superiores, iuxta Regularium instituta, debitam Viuendi rationem obseruent, et obseruari faciant, et sibi Subditos in Officio contineant, ac moderentur. Facit pro quauis Iurisdictione Ordinarij Diœcesis quoad Regulares excludenda. Imo Mare Magnum Sixti IV. quod incipit. Regimini fauore Minorum, in Vers. Vt ne pratextu Constitutionis Innocent. IV. quæ incipit Volentes, et in Versu, Aut in personas domos &. relatum a Confettio. in Collect. Priuileg. fol. 45. Facit Constitutio Bonifacij VIII. fauore Eremitarum S. Augustini, inchoata, Sacer Ordo &. in qua post concessam omnimodam exemptionem, sic fatur. ita quod nec Locorum Ordinarij, nec alia quauis Persona Ecclesiastica in Vos, et Ordinem, personas, Ecclesias, Oratoria, domos &. ut pote prorsus exempta, possint excommunicationis, Suspensionis, et Interdicti, promulgare Sententias, vel alias, iurisdictionem seu potestatem aliquam exercere, et in hac Decretum ponitur irritans, in contra facientes, Quarum Constitutt mentionem facit, Chassaing. priuil. Regul. tract. 2. cap. 3. prop. 1. Sub versu. Hoc autem Ius Visitandi &. et Constitutionis Py V. quæ incipit. Et si Mendicantium &. cuig tenorem referunt, Confettig loco quo Supra fol. 243. et Peyring priuileg. Regular. tom. 3. edit. 2. fol. 268 publicata Anno 1567. 17. Kalend. Iunij, in qua, post grauamina ab Ordinarys, data, Regularibg repetita in eigdem §. 19. iuxta eiusdem Peyrini regestrationem fol. 268 et seqq. ibi. Neq, etiam Episcopi, se intromittant vllo pacto, aut aliqua ratione, in gubernationem Conuentuum, tam Fratrum, quam Monialium, et illorum correctionibg, sed omnia ad correctionem et gubernationem Fratrũ aut Monialium, eorum Generalibg, ac Ministris, seu Prouincialibg, uel alijs Eorum, aut Earum respectiuè Superioribg, omninò relinquantur &. Accedit pro hac omnimoda Regularium exemptione declaratio Congregat. Concil. Trident. relata a Quaranta in Summa Bullarij. Verb. Confessor. Vers. Tertio fol. 190. Vbi dicitur. Ordinarij in cognitionibg Causarum Fratrum Mendicantium, tam ciuilium, quam criminalium, minimè se se ingerant, pariter nec in Visitatione eorumdem Fratrum, uel Ecclesiarum Suarum, nisi quatenus eis, per Conc. Trid. Decreta conceditur. Accedit deinceps cæteris

ris adinterim prætermissis, declarationis et confirmationis Priuilegij fori Relsorum Regul. etiam in Causis in c. Volentes, de priuileg. in 6. comprehensis, ab Ordinarys Exemptorum Bulla Pauli V. quæ incipit, Relsorum Sub Suauiq. quam referunt Naldus. qq. practicab. Verb. Religiosq fol. 501. et Zerola ad prax Episc. in Sua mantissa Constitutt. Aplicarum fol. 229. publicata Romæ 24 Augusti 1609. quæ Constitutiones et Bullæ vigent in Suo vigore atq. Innoc. IV. dicta Constitutio. Et si mendicantium, quod fuerit reducta ad terminos Iuris, et Concil. Trident. per Gregor. XIII. Bullam. quæ incipit. In tanta, relatam à Quaranta in Summa Bullarij. Verb. Priuil. Regul. fol. 410. certo Sciri non potest, cum et alij dicunt, quod hæc Constitutio, In tanta, non fuit Sufficienter promulgata, nec in praxi recepta ita Henriq. lib. 7. de Indulg. cap. 24 nº 8 Thomas à Jesu de procur. omn. gent. Sal. libr. 12. cap. 8. tit. Sequitur collectio. quos et alios citat Peyring, Super Constitut. Innoc IV. 2. not. et Nauarrus qui fuit Panitentiarig et Consultor Gregorij XIII. in Suo manuali Confessarior. Miscel. 6. cap. 27. in fi. Sic ait. Quoniam verò promisimq inserere hic tenorem cuigdam Bullæ fel. record. Pij V. et moderationis eorum, de quibq in Sub, iecta Gregorij XIII Bulla, Si exiret; interea, quæ quia non exiuit, Solam hanc Sub, iicimus, prout Supra etiam promisimq. Maiora his addit Peyrin. loc. prox. citatt. Super huiq Bullæ Gregorij XIII. non publicatione, ex euentu eigdem Pontificis mortis, et Superaddit rationes, pro non reuocanda hac Constitutt. Innoc IV. Chassaing. tract 1. cap. 5. prop. 6. nº 2. fol. 71.

Hæsitanti fortè exaduerso Scribenti, quod dictæ Constitutiones, et Bullæ præcitatæ loquantur de Ordinibq Mendicantium, non verò Monachorum. Respondetur. Imo. Quia hodie Monasteria Regularium, ferè omnia, Siue directè ipsis competant Priuilegia, Siue indirectè, per participationem et communicationem, in ijsdem Priuilegijs, ab Ordinariorum Jurisdictione, Sunt exempta, et consequenter habent hodie, plenoiure, quasi Episcopalem, in Seipsis Jurisdictionem. ita Barbos. de Offic. et potest Eppi alleg. 105 nº 3. et Seq. De indirecta Priuilegiorum communicatione, et quod hæc procedat in multis, Signanter in immunitatibq, exemptionibq, indultis, caterisq, alijs, quæ Professioni et Statui Communicantium non contrariantur, et de quibq Scribit Archangelus Romanus Benedictinq de Priuileg. Religios. et non. Religios. lib. 2. cap. 3. immorari amplig non conuenit, de directa verò exemptione Monachorum, inter alios S. Benedicti, qui, Religionis Christianæ occasum per Occidentem, Suo Ordine Solatus est. et ex cuiq Stirpe, adhuc ante Concilij Constantiensis Sub Urbano Papa eius Nominis II. 1094 celebrati tempora, prodierunt Abbates 15074. doctrina et Virtute insignes, Summi Pontifices XVIII. Cardinales 184. Archiepiscopi 1564. Episcopi 3512. Catalogo Sanctorum adscripti 5554. Chassaing. attestante tract. 1. cap. 3. Vers. Longè post §. illiusq Regulam profitentes, et ab hac descendentes Congregationes, apud Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæst. 5 numerant 85.

Inter quas

Inter quas, refertur Cluniacensis, uncepta Anno 910. etiam Vltra mare, atq; in terra Sancta, iaciens sua fundamenta, idem Tamburin. prax. citat. loc. Nº 14. à quâ Monasterium Tynecense, originem suam sumpsit, Anno 1044. illud in recompensatio nem Professionis sue Monastice, in Cluniaco emisse, Casimiro Rege Polonie, in censu Villis fundante, accersitis ex eodem Cœnobio Cluniacensi, duodecem Monachis, quorum prim⁹ fuit Abbas Aaron Monach⁹, post ad Archiepiscopatum Cracouien⁹ promotus, Sic attestante Ænea Syluio, in corpore Polonicarum rerum, tom. 2. lib. 2. cap. 14. Vers. in memoriam, Summo expost Pontificatu insignito, nominato Pio II. Quod Monasteriu⁹ Cluniacense Priuilegijs exemptionis gaudere, adhuc sub Gregorio VII. in Synodo Roma na fidem extare, apud Baronium in Annal. post tom. 12. in appendice tom. 11. ad Annum 1079. celebrata, Scribit Augustin. à Jesu Maria Carmelita. Priuil. omn. Verb. exemptio fol. 307. Et de huiq totiq Ordinis Cluniacensis exemptione, ab Ordinarii, orum Jurisdictione Speciali per Clementem IV. Anno 1265. die 2da Nouembris data, meminit Barbosa. Jur. Vniuers. Ecclesiastici lib. 2. cap. 12. de Monaster. et Relig. do, mib. Nº 26. cuiq exemptionis Priuilegij, in parte per extensum, refert Tamburin. tract. quo supra tom. 1. disp. 15. quæst. 4. sub. Nº 2. De hac Cluniacen⁹ Monasterij exemptione, etiam in Visitando eorum Ecclesias, quibq inest cura Animarum Sæcularium, disponitur in Concil. Trident. Sess. 25. de Regul. cap. 11.

Cum itaq; Monasterium Tynecense, profiteatur Regulam S. Benedicti, iuxta Cluniacensis Regulas, et sub ijsdem perpetuo viuat, atque hac exemptione eigdem Monachos gaudere concluḋit, et authoritatibq firmat, Chassaing. tract. 1. cap. 3. propos. 5. Sic. Priuilegia concessa uni Ecclesiæ, Conuentui, uel Personis in Dignitate uel Officio existentib. et cæteris eigdem Ordinis Ecclesijs, Conuentibq, et Personis, aliorum Ordinum, qui cum ipsis Priuilegijs partici pant, communicantur. Deinde Monasteriu⁹ Tynecense in omnium Priuilegiorum et Indulgentiarum tam Spiritualium, quam et temporalium communicationem, Congre, gatio Cassinen⁹, in Capitulo Generali Perusij die 8 Maij Anno DD. CL. celebrato, recepit et eigdem Monachos, pro Confratribq et Filijs, perpetuo haberi, agnouit, cuiq receptionis et agnitionis Sumptum exhibetur sub litera A. quâ stante Priuilegiorum communicatione insiffendoq; Cassinensium exemptioni plenariæ, ab omni Ordinariorum exemptione, de quibq Barbos. supra citato loco Nº 27 loquitur, et cuiq Priuilegij Bullam, quæ incipit. Regularem Vitam &. per Eugenium IV Cassinensibq concessi, quo ad exemptionem omnimodam, in ex, tenso refert Tamburin. in prox. citatt loc. Nº 3. fol. 137. integram verò per extensum refert. Emman. Roderic. Collector. Priuileg. fol. 70. col. 2. Bulla eigdem Eugenij 10. inferendum quoq; est, et Tynecenses ijsdem Priuilegijs gaudere, ubi in omnibq et per o, mnia, eadem causa et finis quietis Vitæ Regularis, in Tynecensib. resideat qui et quæ in Cassinensium Cœnobio, ad illud eximendum inuenta fuerat. Quippe ubi eadem est ratio et æquitas, ibi quoq; debet esse eadem Juris dispositio l. Illud. ff. ad l. aquil. et l. A Titio ff. de Verb. oblig. de qua communicatione et extensione Priuilegiorum loquitur Lezana in Summa qq. Regul. tom. 1. cap. 3. Nº 17. et tom. 2. cap. 1. Nº 52. ubi Bullas PP. Su per eo citat.

Adstipulantur exemptioni reali ac perpetuæ, pro Tynecensibg et illorum Monasterio atq; Membris, exaduerso citatæ Bullæ, in quarum Bulla Gregorij IX. Sub Datum Perusij VII. Kalend. Junij Anno 1229, Specificatæ sunt Ecclesiæ, Capellæ, Bona et possessiones, in Specialem protectionem B. Petri, et Sua Sanctitatis (quod et cæteri Pontifices fecere) assumpti, cum Specificatione etiam Oppidi Tuchow expressè legitur. Quibus Verbis. Suscipimus in protectionem Beati Petri et Nostram, eximi ab Jurisdictione Ordinariorum, Regulares, docet Mandos, in prax. de Signat. Just. tit. Exemptiones vers. de clausul. Priuil. quam clausulam, etiam operari, sic exemptos non posse se subijcere Ordinariorum Jurisdictioni, ex Seraph. decis. 695 Nº 7. docet Laurent. de Peyrinis, circa Constitutt Vnic. Julij III. Nº et not. 1. Sed esto, ut forte exaduerso scribens, in sua ratione 1ma. prætendit, quod per solam protectionem non inducatur exemptio, tamen adhuc, hæc protectio operatur, quod Exempti, non à quoquam, siue etiam Ordinario, sed tantum à Papâ, seu ipsig Legato à Latere, excommunicari, suspendi, aut interdici possunt, ita Emman. Gonzal. in c. Ex parte Nº 2. de priuil. et ab ipso citatus Chassaing. tract. 2. cap. 2. prop. 1. vnivers. Quod usu Ecclesiæ. quod inductum, firmatur in c. Ventens, vnct. gloss. Interdici. de verb. Signific. in 6. Vnde Judicium à Quo nulliter contra Dnum Præpositum, seruauit processum, usq; ad gradum excommunicationis. Bulla nihiloming eigdem Gregorij IX profundig inspecta, in ea legitur exemptio Tynecensium, ab Ordinariorum potestate, siquidem non nisi ijsdem Tynecensibg facultas datur, adeundi Ordinarium pro Sacramentis, in vers. eig Bulla, Chrisma verò, oleumq; ita Seraphin. in decis 1025 Nº 7. Multomagis hæc eadem exemptio ab Ordinariorum potestate, ex eadem Bulla elicatur. in vers. Præterea omnes libertates, immunitates, et exemptiones, à Prædecessoribg Nostris Romanis Pontificibg, Ordini Vestro concessas, Authte Apticâ confirmamq, et præsentis Scripti Priuilegio communimg, Non itaq; attenta Juniacensis Ordinis, de quo est Monasterium Tynecense, absoluta exemptione supra citata, amplius dubitandum venit, Monasterium Tynecense, non esse exemptum, ab Ordinarij Cracouien, quauis potestate et Judicio. Inferenti verò exaduerso in eadem ratione 1ma videlicet Tynecenses non posse prætendere exemptionem, ideo; quia non sunt redacti in Congregationem, atq; super eodem suo illato, ad illud firmandum citanti Fagnanum in c. Volentes, de priuil. in 6. Super quod c. Volentes Commentarium suum Fagnanum dedisse, vltra quinque Decretales, eadem Commentaria non extendentem, nusquam legitur. Cuig illati exaduerso scribentis, verig fundamentum reperitur. in c. In Singulis x. de Stat. Monach. innouato per Concil. Trident. Sess. 25. de Regul. cap. 8. respondetur. Quod huic Concilijari dispositioni intra Tynecenses satis fit, dum et quando Singulis triennijs, vocatis de locis particularibg, huic Cœnobio Generali subiectis, qualia sunt, Abbatia in Troke Diœcesis Vlnensis, Abbatia Ortouiensis in Silesia, Præpositura in Koscielna Wies, et Vniciouiensis Archidiœcesis Gnesnensis, Præpositura Tuchouiensis Tynecensis et Skauinensis Diœcesis Cracouiensis &c. Retsis Professis vtig Cœnobij Generalis, Capitulum Generale celebratur, et quæ sunt corrigenda et reformanda

corriguntur

corriguntur et reformantur. Prior Cœnobij Generalis, Custos, Decani, cæterig; Officiales aliorumq; locorum Præpositi eliguntur, ab Administrantibq Bona Cœnobij istig, et locorũ particularium rationes exiguntur, audiuntur, et in Vniuersum, ea, in eodem Suo Capi„ tulo peraguntur, qua peragere Congregationes aliarum Religionum consueuerint, propterea; istud Capitulum, quod cæteris dicitur Congregatio, alijs vero, ut in Germania nuncupatur dicta, ut aduertit Lezana in Summa qq. Regul. tom. 2. cap. 12. Nº. 1. quem et alios citat et sequitur Emman. Gonzal. in Notis. d. c. In singulis Nº. 2. de Statu Mo„ nach. Sic quolibet triennio ex principali, et particularibq locis, in unum, ad præmissa obseruandum et peragendum legitimè conuocatum, non in aliquo contrariatur dispo„ sitioni Conciliari, in loco proxime citato. Itaq; necessario concludendum venit, Monachos Professionis Cœnobij istig Tynecensis esse reductum, seu perpetuo manere iuxta suas Regulas, in Congregatione, et id circo non subiectos Iurisdictioni Ordinariorum Diœ„ sum. Et quod Congregatio in Regula S. Benedicti cap. 64. sonet, seu significet singula„ rem cuiq; Monasterij Conuentum, decisum est in Vallisoletana Præeminentiarũ Lunæ. 24 9bris 1603. coram Pamphilio Decano, quam decisionem refert Petr. de Murga in appendic. commentar. super Constitutiones Apostolicas, decis. 11. Nº. eigdem decis. 6. vbi citatur c. Abbatem. il. 1. et 2. 18. quæst. 2.

Igitur pro Monasterio Tynecensi, exemptionibq contra exaduerso scribentem, et istud Monasterium subesse Iurisdictioni Ordinarij adinueniri, nitentem deductis, stantibus; sublataq; proinde eadem Iurisdictione, et hinc Visitationis Actu, præcipuè ad Iurisdicti„ onem spectantis, iuxta quam plurimas Rotæ decisiones citatas in annotatis ad Burati decis. 504. Nº. 12. Gratian. discept. forens. cap. 212 Nº. 30. huiqmodiq; exemptionem ad Ecclesiam Regularem in Tuchow ipsiusq; Capellas, extendi debere ex sequentibq infer„ tur. Imo. Quia ut supra dictum est eigdem Tuchow, in supra citata Bulla Gregorij IX. fit expressa mentio, in protectionem et Ius B. Petri et Romanæ Ecclesiæ, simul cum Monasterio Tynecensi assumptæ, omnes libertates, immunitates, exemptiones, a Sum„ mis Pontificibq Ordini Benedictino concessas, confirmantis. Quapropter, ubi in eade Bulla exprimitur, et comprehensa inueniatur Tuchow, ipsam, eisdem quoq; Priuilegijs et exemptione, gaudere voluit Sanctitas Sua, quibq et quâ gaudet Monasterium Tynecense et Ordo Benedictinq, pro quo facit c. Cum Capella iunct. gl. X. de Priui„ leg. et est elegans Guidonis Papæ decisio, Gratianopol. 439. quæ incipit. Princeps con„ cessit. 2do Quia in eadem Tuchow cæterisq; Bonis, eidem Tuchow circumcirca adiacentibq, quâ proprijs, Abbas et Monasterium Tynecense, in Parochianos quoq; Ecclesiæ Tuchow Iurisdictionem temporalem habet, eandemq; Actu exercet. Sequi„ tur, ex Seraph. decis. 1067. Nº. 2. eandem Ecclesiam, etiam in cura Animarum, fu„ isse ac esse immunem, a Visitando per Episcopum, et ita quoq; refert Alban. in compend. canon. resolut. libr. 2. tit. 8. Nº. 41. decisum fuisse in Theatina 7. 9bris 1620. et in alia sub die 17 Iunij 1617. quem Alban. citat et sequitur Barbos. in Collect. DD. super cap. 11. Concil. Trident. Sess. 25. de regul. Nº. 15. Id ipsum innuit Concal.

eod. loc. citato. in vers. Excepto Monasterio Cuniacensi §. et exceptis etiam
atq; aliis Monasteryis seu domibus in quib. Abbates, aut alij Regularium Superio
res, Iurisdictionem Episcopalem et temporalem in Parochos et Parochianos
exercent. Huic Sententiæ se subscribit Emman. Roderic. quæst. canonic. tom.
1. quæst. 36. artic. 4. Hoc ipsum Iuribq positiuis firmatur in Burgen. Iurisdi,,
ctionis Veneris 16 Xbris 1594. coram Crano Nº 3. vbi sic dicitur. Abbas in locis
pleno iure sibi subiectis habet Iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, locaq; sibi
subdita, dicuntur extra Iurisdictionem Episcopi, et faciunt Territorium Separa
tum, qua decis. est. 100. ad Farinac. lib. 1. Consill. ex qua decisione, et altera eti
am Burgen. Iurisdictionis Veneris 18 Aprilis 1595. coram eodem Crano in eo,,
dem decis Nº 2. inter centurias 9. a Farinac. relatæ in ordine 165. elicitur. Vi,,
delicet Territorium propriè habere, vel pleno iure subiectum, à pari procedere.
Sub Territorij autem et districtq Appellatione, venire proprietates, docet Barbos.
ex ibidem DD. citatis de appell. Verb. iur. Signif. appell. 261 Nº 4. plenum autem Ius
in Oppido Tuchow, Villis, et Pagis, Monasterium Tynecense, et illic Abbatem ha,,
bere, non quisquam Diœcesanq Cracouiensis negabit, attenta itaq; proprietate, pos,,
sessioneq; supra specificatorum Bonorum, et Regularis Vitæ, Ecclesiam in Tuchow
Regentium, in et de Monasterij Tynecen. Professorum, eidemq; Monasterio, in omnibq
et per omnia subiectorum, ad eandem Ecclesiam in Tuchow, per suos Superiores,
ordinatione concludendum est, Ordinarium Diœcesis Cracouien. dictam Eccle
Tuchouien. visitandi iure carere, quod Abbati, et Superioribq Monrij Tynecen.
debetur et competit, in terminis Concil. Trident. cap. 20 Sess. 25. de regul. cum
ibidem declaratione Nº 1. et aliis declarationibq ad cap. 8. Sess. 7. de reform. ap,,
positis, sub Nº 1. et 2. in quibq Ecclesiarum, quas habet Abbas S. Benedi
cti, in Diœcesi sitas, visitatio Episcopo conceditur, si modo in eis, Cura Anima,,
rum exerceatur, per Sacerdotes Seculares, qua modificatio conditionata, Episco,,
pum ab Ecclesijs visitandis excludit, in quibq per Regulares cura Animarum
exercetur, iuxta vulgatam Regulam, inclusio vnig dat exclusionem alterius
l. cum Prætor in prin. ff. de iudic. et l. Maritq ff. de procur. Idipsum ad cap. 9 Sess.
24. de reformat. declaratur sub Nº 3. ibi Abbates Regulares, et ibi sola Benefi,,
cia Sæcularia exempta, non autem Regularia, ex li huiq Decreti ab Ordina
rijs visitari possunt, et ad cap. 8. Sess. 21. de reformat. ibi. Per vim huiq Decreti
licet Episcopo, visitare omnes Ecclesias, etiam Regularibq subiectas, dummo,,
do illarum Ministri sint Sæculares, et sic in his et alijs Conciliaribq locis, in quib
Tridentinum disponit de exemptis per Ordinarium visitandis intelligi debere
de Ecclesijs exemptis Sæcularium Sacerdotum, non vero Regularium, quarum
et quorum Regularium, Abbates sunt Ordinarij sicut Episcopi Sæcularium,
ita communiter tenent DD. in c. Decerning vers. et glos. Ecclesiarum Prælati
x. de iudic. et constat ex Trident. cap. 5. Sess. 14. de reform. in vers. Et coram

Episcopo

Episcopo, uel alio Superiori Ordinario §. dicto enim alio seu alijs est similium implicatiua et explicatiua, ut habetur, in decisionibus 43. et 44. registratis apud Tamburin. de iure Abbatum post tom. 3. ita quoq; Paris. de re sig. lib. 3. q. 11. Nº 20. docet Concilium nominans Ordinarium, non solum Episcopum, sed et alios intelligi debere, explicatius Barbos lib. 2. Dot. 57. Nº 5. ait. Videlicet Vbi Concilium Trident. voluit, ne sub aliqua eig dispositione comprehendantur Prælati inferiores, uel eosdem expresse excluſit. ut fecit Sess. 14. de reform. cap. 12, ibi. In casu autem §. uel cum aliqua dictione taxatiua Episcopos includ, ut fecit cap. 20. ibi. ctd hæc causæ criminales §. Sess. 24. de reform. Prælatos itaq; exemptos, posse ea omnia agere, quæ competunt Episcopo, in sua Diœcesi, præter ea, quæ sunt Ordinis, recte concludit Riccig part. 4. resolut. 110. Nº 3. Super qua re Siue proposito, latius scribit Emman. Roderic. qq. canonic. et Regul. tom. 1. quæst. 36. per totum et Chassaing. tract. 2. cap. 3. propos. 1.

Nec contra Imo facit. Quod circa Ecclesiam Tuchouien non est formalis Conuentus, sed paucitas Monachorum, in quibus non viget Regularis obseruantia, iuxta exaduerso scribentis in 2da 3tia et 5ta rationibus, assertionem, nimis affectatam. Ab obseruantia etenim incipiendo, de hac non obseruata, Religiosi Tuchouienses calumniose torquentur, illis unquam improbabili. Quæ subiectos Regulæ, in votis substantialibus et obseruantiæ accidentali, semper fuisse ac esse, optimè nouit Cœnobium Tynecen, cui soli, et eidem Superioribus incumbit, prius quam Episcopo ut supra dictum est, ex Concil. Trident. Sess. 21. de reformat. cap. 8. in fi. de hac inobseruantia inquire re, vel si hanc inobseruantiam infert exaduerso scribens quod circa eandem Ecclesiam, met tertiq Præpositus resideat, in quo supposito fallitur, quia met quintus residet, adhuc tamen ijsse, etiam cum opinione Pauli Fusc. de Visit. libr. 2. cap. 15. Nº 47. docentis. ibi obseruantiam Regularem, non inueniri: Vbi unq uel duo Monachi seruantur, non procedit, quia Monasterium dicitur à Monos, alias Latinis singularitate Vnig Monachi, ita Tridor. in frag. de Vita Monast. cui fauet Bellarmin. Ledesma, Valentia Peyrin, citati a Donato Laymen. in prax. Regular tom. 1. part. 2. tract. 13. quæst. 67. Nº 2. allegante quoq; l. Sicut §. Vlt. ff. quod cuiusq; Vniuer. nom. multominq procedere debet, dum quinque Monachi cum suo Præposito Presbyteri circa eandem Ecclesiam perpetuo resident, et aliquando plures, pro necessitatis exigentia, inueniuntur, ita, ut quoq Bulla Instaurandæ §. Innocenty X. in 5ta ratione contra scribentis, ad præsentem casum et causam, inallegabilis de suppressione paruorum Conuentuum, disponentis, vltra Italiam et Insulas sibi adiacentes, non extensa, ut ex eadem Bullæ tenore patet, et cuius vsus ad Polonorum Supplicationem non est prorogatus, testante Fagnano ad d. c. Relatum sub Nº 61. in Vers. Verum Sanctitas Suaq. x. de cler. uel Monach. locq non sit, ad effectum per Episcopum visitandi eandem Ecclesiam in Tuchow, stante tanto

Numero Monachorum, iuxta doctrinam eiusdem Fagnani, in eodem c. Relatum
Sub Nº 73. cum Ecclesia Sua et populo, Abbati, et Superioribus Monasterij Tynecen
Subiectorum. Sublato itaq; usu, et extensione Bullæ Instaurandæ ad quo ad Regula-
res, intra Poloniam, non concessa, remanens in terminis c. Quod Dei timorem. c.
Monachi iunct. glos. Verb. Parochiales x. de Stat. Monach. c. in Parochia 16. quæst.
1. in quibus Canonicus Regularis, assumpto Socio, si commodè assumi potest, aliàs
ipse solus: Monachus verò iuncto Socio, Ecclesijs etiam Parochialibus, præfici possunt.
Id ipsum innuit Concil. Trident. Sess. 14. de reform. cap. 11. à contrario Sensu sum-
ptum, qualem Sensum observasse Rotam in Una Papiensi die 6. Martij Ao 1578
et Sacram Congregationem 1602. attestatur Emman. Gonzal. in d. c. Quod Dei
timorem Nº 3. videlicet Canonicos Regulares ad aliam Ordinem non translatos,
esse capaces Beneficiorum, etiam curatorum Sæcularium, de licentia Suorum
Superiorum, et multas, super eo allegat. DecisS. Rot. et Authoritates Iul. Vivian.
prax. Iurispatronatus part. 2. libr. 6. ad cap. 2. in addit. A fortiori, Regularia, Re-
gularibus conferentur. c. Inter quatuor x. de Relig. Dom. c. Cum singula c. Cum
de Beneficio de Præbend. in 6. Clement. Ne in agro s. cæterum de Stat. Monach.
Quale Beneficium Ecclesia in Tuchow semper ab Annis 240 ut supra dictum est,
per Regulares Tynecenses regi et administrari solita habetur ad d. c. Cum de Bene-
ficio. Rota decis 2. Nº 2. de Præbend. in Nov. et cuius Tuchow iuxta Monasterij Ty-
necen fundationem, fit mentio in Supra citata Bulla Gregorij IX. ita, ut, extra
omne dubium sit, Ecclesiam in Tuchow perpetuo haberi Regularem à Monasterio
Tynecensi simpliciter dependentem. Hinc est, Siue inspiciatur Concil. Trident. Sess. 7.
de reform. cap. 7. Siue Pij V. Constitutio quæ incipit. ctd exequendum d. Sub Datum Ka-
lend. Nouembris 1567. disponens de Curatis Ecclesijs, etiam Monasterio Unitis, quam
Constitutionem et Concilium in Parochialibus à Monasterio simpliciter dependentibus,
locum non habere, ex declaratione Sæ Congregat. attestatur Garc. de Benefic. part.
11. cap. 2. Nº 14. dicta tamen Piana, quatuor Monachis cum Vicario, mung Parochi
obeunte, est contenta, et ex Decreto Gregorij XIII. cuius idem Garcias proxime cita-
tis locis Nº 13 meminit. Constitutioneq; Clementis VIII. quæ incipit: Ut ea quæ pro Eccles
asticarum d. 2. die Augusti 1596. pro Congregatione Benedictina Hispana, edita
cuius mentionem fecit Petr. de Murga in addit. Nº 2. ad Rot. decis. 11. in Pam
pilonensis Vicariæ, de Elizondo Lunæ 10 Junij 1664. coram Verospio, ab eodem
de Murga, post Comment. in Constitut. Aplicas relatam, fol. 42. Sufficere Unum
Monachum haberi, adhibitum, ab Eccla Parochialis Rectore Regulari. Non igitur
ex aduerso Scribentis, in prædictis atq; 4ta et 6ta rationibus, asserta allegata, sunt
valida, ad concludendum pro Ordinary Visitatione, vel quouis alio effectu, in et circa
Ecclam Tuchow Regularem, obseruando, circa quam inobseruantia Regularis
nequit probari Tuchouiensibus, ut Supra dictum est, cum licentia Suorum Superi-

orum

orum Tynecensium in eadem Ecclesia. insuper cum Suo Praeposito Vigili in n,
Una domo, choro et Mensa, Sub clausura residentibg, atq, regulariter viuentibg
pro quibg faciunt declarationes Congregat. ad cap. 3. Sess. 6. de reformat. et alia
Conciliaria loca Supra citata adducta, ita in eodem Supposito prosijdem Tu,,
chouiensibg Stat doctrina Zerolae locis exaduerso citatis part. 1. verb. Visitatio
in Vers. Ad 3tium Nº 7. et in Vers. Duodecimo, ubi Zerola de praxi attestatur Vsi
tari Commendatas Abbatias, et loca eidem Subiecta, non per Ordinarium, sed
per Commendatarios, et hoc ipsum habetur ex 5ª Congregat. ad cap. 2. Concilij,
Sess. 6. de reformat. fol. mihi 74. impressionis Coloniae Agripp. in fi. Vers. Quod
uero Spectat §.

Neq, Secundò facit Constitutt. Gregor. XV. quae incipit Inscrutabili §. in 3tia exadu
Scribentis ratione, allegata. Tum quia hanc Constitutionem, fuisse reuocatam
ab Vrbano VIII. per aliam Suam, datam 13 Maij 1625 testatur Diana, in 7. Sua par
te tract. 12 resolut. 25. referens se vidisse Constitutionem eigdem Vrbani, apud Jo,,
an Nouarium in Summa Bullarum tit. de Exemptorum priuileg. Nº 51. Lezana
vero in Summa qq. Regular. tom. 1. cap. 19. Nº 35. in fi. ab eodem Vrbano fuisse
suspensam docet, firmando Suam doctrinam Authte Breuis Emmi Sacchetti, tunc
Hispaniarum Nuncij. Tum quia, de eigdem Constitutionis, Inscrutabili § publicati,,
one in Polonia, et receptione, non constat, quam, prout in alijs fecere, Archiepiscopi
et Episcopi Locorum, ad eigdem Constitutionis receptionem, publicare debuerunt, ut
docet Bonacin. Summa moralis tom. 3. disp. 1. quaest. 22. punct. 6. prop. 2. Nº 5. Bul,,
la autem et lex non publicata, neq, recepta, quemquam non obligant, ut firmat Au,,
thoritatibg DD. et ll. Tondutq Sanleger. qq. Benefic. cap. 95. Nº 25. Praeterea Mo,,
nasterium Tynecense, et Ecclesia in Tuchow, Membrum eiusdem Monasterij, et
ab eodem dependens, quo ad Iurisdictionem per Episcopum exercendam, ut Supra
dictum est, neq, Pars Appellata negat, est exemptum, aequiparatur itaq, loco exi,,
stenti, extra Diaecesim, ad Supra Authtes Super eodem puncto allegatas, ita do,,
cuerunt Federicus de Senis. consil. 16. Dominicq in c. Cum Episcopo Nº 3. de Of,,
fic. Ordin. in 6. et Altaminarius de Visitatione verb. propriam Diaecesim Nº 48
fol. 22. col. 2. Atq, Sacram Congregationem Concilij, Super dubys ad eandem
Constitutionem Gregorij XV. formatis, et eorumdem in Ordine 3tio videlicet. An
facultas Episcopis per Constitutionem attributa, in exemptos, tam Saeculares
quam Regulares, intelligatur etiam tributa, in personas nullig Diaecesis. ita re,,
spondisse. Censuit eigmodi facultatem, non intelligi, tributam Episcopis, in Perso,,
nas nullig Diaecesis, testatur Fagnang eigdem Sae Congregat. Secretarig, dictam
Constitutionem Inscrutabili § nec non declarationes Congregationis Concilij refe
rens, in c. Cum Capella Sub Nº 30. de priuileg.

Hac igitur Ordinarij Iurisdictione, ex praexpressis adductis, circa Rectam in

Tuchow Curatam exclusâ Sortig, exclusam haberi, à Simplicibg Capellis, in eadem Tuchow, et ab Ecclesia Parochiali, pro Monastica Vita. Separatis qualis est de qua agitur B M. V. transfluuium Albulum Situata, in qua Relsus Pater Mielelski Monachg Tynecensis, ad nutum Suorum Superiorũ amouibilis, positus est. Assumptum istud firmum est, ex Declarationibg S.ae Congregat. ad cap. 8. Sess. 7. de reform. §. Regulares inseruientes §. atq; ad cap. 14. eigdem Sess. §. Aut Regulares & ibi Regulares inseruientes & de licentia Suorum Superiorum Beneficijs Simplicibg, quæ Sunt tamen Membra Monasteriorum Religionis, non potuerunt Visitari ab Ordinarijs, et in eorum Regularium Eccliis Sacellis, Sacristias, Paramenta, Vasa Sacra, Altaria, et cætera huigmodi, atq etiam Tabernaculum seu Pyxis, in qua Smũm Eucharistiæ Sacramentum asseruatur, ab Ordinario Visitari non possunt, etiamsi ipse, in quasi possessione Visitandi pergat, ita S.a Congregatio declarauit aliquoties, ut refert Peyring Priuileg. tom. 3. in Constit. 2. Sixti IV. §. 10. Nº. 17. et 18. Tamburin. de iure Abbatissarum disp. 16. quæst. 3. ad Gregorij XV. Bullam Decet. Inscrutabili §. in respondendo ad dubium Amum.

Hinc et ex præmissis omnibg et Singulis, Authoritatibg Suis formatis, respondendo ad rationes exadverso Scribentis ad 10. g. et suam per Illrs Dnus Actor, nunc Appellatg, seu et Illrmg Dnus Loci Ordinarig, in præsenti casu, agens prætenso Spolio, infert, alium esse in possessione Visitandi dictam Ecclesiam in Tuchow et Capellam, de qua agitur c. Cum ad Sedem x. de restit. Spoliat. Seraph. decis. 1417. Nº. 3. cuig illatum, Verum esse probatur ex Visitationibg, Authte Illrmorum Nunciorũ Apostolicorum, per eigdem Delegatos, tam in Monasterio Tynecen., quam et in Ecclesia Tuchovien., et d. Capella peractis, quarum Visitationum Actus, inueniunt in Archiuis Monasterij Tynecen., et de his Visis, et Actu Visitatæ Ecclesiæ, in eadem Tuchow, et Capellæ Notariorum Publicorum fides exhibetur Sub literis B. et C. Per quales Actus Authte Apostolica in Visitando gestos, et probatur dicti Monasterij illiusg Membrorum exemptio, ab Ordinario, ut docet Emmus de Luca de Iurisdict. disc. 28. Nº. fin. et excluditur Actio Spolij prætensi per possessionem in Visitando Illustrissimis Dnis Nuncijs habitam, cum titulo in exemptos, ipsdem Illrmis competenti, ita decisum habetur, in Theatina Iurisdict. Lunæ 17 Xbris 1607 coram Ortembergo eandem decis. in ordine 56. in eigdem Nº. 6. referente Tamburin. de iure Abbat. Ad quam possessionem, pro Illrmis Nuncijs inducendam, Sufficiebat etiam Vnicg Actg, et ille Simplex. Rotæ decis. 277 Nº. 1. part. 9. recent. tom. 1. ex ibidem DD. et Rot. decis. citatis. multomagis pro hac faciunt Actus plures exhibiti, illiq considerabiles, in omnimoda Iurisdictione, tam iure communi, quo ad Monachos Tynecenses, Vti exemptos exercita, quam et ex bi Specialis Commissionis, dictam Abbatiam, cum illig Membris, in Spualibg administrandi

à Summis

